ܓܪܐܡܐܛܝܩܝ ܣܘܪܝܝܬܐ ܐܘ ܟܠܕܝܬܐ ܕܓܝܘܪܓܝܘܣ
ܐܡܝܪܐ ܗܕܢܝܐ ܡܢ ܠܒܢܢ ܦܝܠܘܣܘܦܐ ܘܬܐܘܠܘܓܐ
ܡܢ ܒܝܬ ܬܠܡܝܕܐ ܕܡܪܘܢܝܐ ܡܢ
ܠܫܒܥܐ ܕܟܬܒܝܢ .
ܠܘܬ ܗܘ ܡܫܒܚܐ ܐܦ ܡܝܩܪܐ ܩܪܕܝܢܠܐ
ܩܐܝܛܐܢܘܣ .

GRAMMATICA
SYRIACA, SIVE CHALDAICA,

Georgij Michaelis Amiræ Edenienſis è Libano, Philoſophi, ac Theologi, Collegij Maronitarum Alumni, in ſeptem libros diuiſa.

AD ILLVSTRISS.VM ET REVERENDISS.VM D.
D. HENRICVM CAETANVM
S. R. E. CARD. CAMER.

R O M AE,
In Typographia Linguarum externarum.
Apud Iacobum Lunam. M. D. X C V I.
SVPERIORVM PERMISSV.

ILLVSTRISS.MO AC REVERENDISS.MO D.
D. HENRICO CAETANO,
S. R. E. CARD. CAMERARIO.

GEORGIVS AMIRA EDENIENSIS E LIBANO, Collegij Maronitarum Alumnus. S. P. D.

CVM linguæ Chaldaicæ, ſiue Syriacæ, Illuſtriſſime Princeps, multis annis operam dediſſem; & multa variarum facultatum eiuſdem in meum (vt fere fit) priuatum vſum collegiſſem: multorum amicorum, ac virorum varias linguas profitentium, & huius quoque linguæ conſequendæ quam maximo deſiderio flagrantium, tũ hortationibus, tum precibus fatigatus ſum, atque quaſi coactus, vt ea, quæ de inſtitutione huius linguæ, a me quoquo modo notata erant, tamquam maxime vtilia, & ad eam capeſſendam neceſſaria, in ordinem redigerem; & propter publicam ſtudioſorum vtilitatem, in lucem, manuſq. hominum exire permitterem. Ad quod munus exequendum me

maxime Clementis Quinti Pontif. Max. fel. record. (iucundam cuius Pontificis memoriam Octauus eius cognominis repræſentat) ac totius Viennenſis Concilij, de ſtudioſis hanc linguam edocendis, decretum commouit. Prædictus enim Optimus Paſtor, quam vtilis Chriſtianæ Reip. eſſet huius linguæ cognitio, cũ animaduerteret, vniuerſo Concilio iam nominato approbãte, ſtatuit, vt in celeberrimis quibuſque totius Europæ gymnaſijs, huius quoque linguæ, ſcholæ erigerentur. Quod quidem hucuſque ob librorum fortaſſe, hominumq. huius linguæ peritorum penuriam, non videtur eſſe factitatum. Id, quod ipſius linguæ dignitas quodammodo iure ſuo poſtulabat; quippe quæ Chriſto Domino, & Apoſtolis (vt inter omnes doctores conſtat, & manifeſte ex nouo probatur teſtamento) vernacula fuerit, ac materna. Quamobrem, vt tum amicorum, tum præcipue ipſius Sacri Concilij deſiderio ſatisfacerẽ, ſeptem libellos de huius linguæ inſtitutione, a me ſummo ſtudio, labore, ac vigilantia, ob bonum publicum, communemq. totius Europę vtilitatem, Latine eo ordine, facilitate, & claritate, qua mihi per varias in alijs rebus occupationes licitum fuit, conſcriptos edere decreui. Et quoniam, qui ſcribunt, antequam ſua opera in apertum proferant, nobilem aliquem, ac generoſum Principem patronum ſibi eligere ſolent, qui poſſit, & velit ſibi munus oblatũ vel patrocinio defendere, vel ſplendore nominis illuſtrare. Idem ego quoque ſpectans licet alienigena, & peregrinus ab ipſa Syria, ac Libano oriundus: tua tamen

ſimus, & optimus protector; bonarumque litterarum fautor præſtantiſſimus. His itaque & aliis huiuſmodi adductus ſum, vt has meas qualeſcumque lucubrationes in lucem prodire ſinerem. Eaſque in ſeptem libellos diuidendas eſſe claritatis cauſa exiſtimaui. In primo enim de litteris, vocalibus, punctis, & alijs, quæ ad modum legendi pertinent, agetur. In ſecundo de nomine, ac pronomine. In tertio de verbo, & verbo nominis. In quarto de reliquis orationis partibus. In quinto de Syntaxi. In ſexto de contexendis carminibus. In ſeptimo tandem de interpungendæ orationis ratione. Et quidem antequam horum quidquam aggrediar; operæpretium me facturum arbitror, ſi aliqua in genere de hac lingua diſſeram. Primum igitur nonnihil dicam de diſcrimine, quod eſſe poteſt inter linguam Chaldaicam & Syriacam. Deinde de ipſius antiquitate. Poſtea de eius præſtantia. Poſtremo de eius vtilitate. Quod ſi hoc opus paulo longius, ac prolixius alicui videbitur; is conſilij noſtri ratione inſpecta, opinionem mutabit. Nam, cum Grammaticornm in quacumque lingua per ſe ſatis ieiunæ, ac difficiles ſtudioſis eſſe ſoleant, niſi varijs illuſtrentur exemplis; & multo magis in hac lingua, in qua latine non dum ſufficientia ſunt edita dictionaria, & alij libri ad eam perdiſcendam neceſſarij, ad quos Grammatici ſæpe ſtudioſos remittere ſolent, conatus ſum regulas huius noſtræ Grammaticæ non cum vno, aut altero exemplo duntaxat, ſed cum pluribus exemplis, plurimiſque vocabus, ac vocibus edere: vt cum quis ipſius regulas, ac documenta perdiſcit; perdiſcet etiam magna ex parte linguam. Hæc habui neceſſe te admonere humaniſſime, & optime lector. Reliquum eſt, vt a te etiam atque etiam petam, vt ſi quid boni in hoc opuſculo reperias, id totum Deo, à quo bona omnia dimanant, & ad cuius laudem præcipue illud edidi, referas, illique ſoli gratias agas. Si vero offendas aliquid, quod obſcure, inornate, & nimis breuiter ſit explicatum; vel quod minus laude ſit dignum; id mihi vni tribuas, & humaniter condones: illud tamen quodcumque ſit, ſacroſanctæ Eccleſiæ Apoſtolicæ iudicio à me ſubmiſſum, ac ſubiectum habeas. Vale.

ERRATA.

Primus numerus pag. qui ſequitur lineam monſtrat. Vbi inuenitur littera .a. illud quod ſequitur addendum: delendum vero, vbi inuenitur .d. ſignificatur. Si quæ alia præter hic notata menda occurrerint, typographos benignus lector excuſabit, & pro ſua doctrina corriget.

Pagina 9. verſiculo 6. dele, enim. pag. ead. u. 27. a. ܓ. pa. 10. v. 13. a. ܓ. p. 12. v. 22. lege, octoginta. pag. 14. v. 12. l. ܘܒܩܠܐ. p. ead. verſ. 19. lege 1000. 2000. pag. 23. v. 2. d. pertinentia. p. 37. u. 27. l. tertio. p. 46. v. vlt. l. dmauhauthoch. p. 52. v. 11. l. cum ܵ. p. 59. v. 15. l. ܠܚܡ. p. 67. v. 12. l. ſecundi. p. 71. v. 5. l. ܡܫܟܚܐ. p. ead. v. 6. l. ܡܫܟܚܐ. p. 89. v. 8. l. ܐܘܪܚܐ. p. 91. v. 1. l. ܟܠܢܐ. p. 92. v. 13. l. ܠܘܡܬܢܐ. p. 117. v. 2. l. hinnibilis, & hinniens. p. ead. v. 3. l. hinniendum. pag. 140. v. 9. l. caſeus. p. 147. v. 6. d. ܢܗܘܪ ܕܢܗܘܪܐ. pag. 152. verſ. 5. poſt vocem, e quatuor .a. vel quinque. p. 153. v. 18. exemplum ܢܗܘܪܐ, pone inter exempla ſequentis regulæ. pag. 167. v. 18. l. ܐܬܚܫܠ ܡܬܟܬܫܘܢ. p. 180. v. 2. l. ܐܬܐ ܪܫ. pag. ead. v. 23. l. ܡܟܦ. p. 199. v. 5. l. ܡܫܡܠܝ. p. 229. v. 15. l. ܐܬܘܚܕܐ. pag. 263. verſ. 15. l. ܫܟܠܝ. p. 294. v. 3. l. ܐܢܠ. p. 296. v. 2. l. ܐܬܬܘܚܫ. p. 302. v. vlt. lege ܠܢܦܪܫ. p. 304. v. 1. l. ܐܢܐ. p. 308. v. 2. l. harum. p. 319. v. 18. l. ܡܣܡܣ. p. 323. v. 10. l. ſanabuntur illi. p. 346. v. vlt. l. effundimini. p. 360. v. 22. l. ܡܫܡܫܢ. p. 365. v. 4. l. facere frui. p. 366. v. 16. l. reſpondeat. pag. 376. v. 15. a. vel ܒܢܫܡܗ. pag. 377. v. 11. leg.

ædificatæ

ædificatæ, vel ædificarunt eum, & cæt. pag. 382. verſ. 16. lege ܚܘܪܡܢܬܗܘܢ. pag. 386. verſ. 14. lege ܠܦܪܢܣܘܬܗ. pag. 397. v. 6. lege ܣܘܪܚܢܗ. pag. 407. v. 14. lege cum quadam. pag. 413. verſ. 12. lege ܡܬܪܢܢܝܬܐ. pag. 416. v. 20. lege areſecit. pag. 424. verſ. vlt. l. venuſtas. pag. 452. verſ. 22. lege ܦܐ. pag. 462. v. 25. lege ܠܥܪܣܘܡ. pag. 475. verſ. 7, lege interpungendæ,

Corrige errata in numeris.

Poſt paginam 72 habetur 75 lege 73
Poſt 75 habetur 74 lege 76
Poſt 76 habetur 79 lege 77
Poſt 79 habetur 78 lege 80
Poſt 198 habetur 191 lege 199
Poſt 220 habetur 222 lege 221
Poſt 310 habetur 310 lege 311.

AD STVDIOSVM, AC BENEVOLVM LECTOREM

Auctoris Præfatio.

IMpedimenta ne, & occupationes, benigne Lector, quæ me ab hoc ſcribendi genere, imprimendique cogitatione deterrerent: an vero rationes, quæ me ad id perſuaderent, maiores eſſent; non facile poſſum iudicare: rationes tamen poſſum enumerare; impedimenta vero, & occupationes nequaquam. Sed, vt occupationes, & alia, quæ me maxime retardabant (cum opus iam Dei beneficio ad finem perductum ſit) prætermittam; quamuis rationes, quæ me ad id impulerunt, multæ ſint, ac variæ: hæ tamen ſunt præcipuæ. Primum fuit multorum huius linguæ Chaldaicæ, ſiue Syriacæ ediſcendæ deſiderium. Hos enim, cum multarum linguarum cognitionem haberent, & hac, quæ inter linguas eſt præſtantiſſima, carerent, magno illius acquirendæ ſtudio flagrare; maximeque ſe eam non poſſe aſſequi, dolere perſpiciebam. Deinde videbam Grammaticas quaſdam in multis potius ad linguæ Hebraicæ, quam Chaldaicæ, ſiue Syriacæ normam conſtructas circumferri, maximique æſtimari, ac vendi; quæ quidem tantum abeſt, vt veram huius linguæ cognitionem ſtudioſis traderent, vt multis implicatam erroribus in eorum animis ita ingenerarent; vt quidam ſtudioſi alijs veram, ac germanam, contrariam tamen illi, quam edocti fuerunt, cognitionem habentibus vix fidem adhiberent. Ex quo facile magnã huius

huius linguæ in Europa, tempore labente, corruptionem orituram eſſe, mihi perſuaſum erat. Prætereà cognoſcebam id fore multo vſui, & vtilitati noſtri Maronitarum Collegij Alumnis, qui cum de Syria, ac Cypro, vt plurimum pueri ad diſciplinas capeſſendas Romam veniant; magnopere, propter magnam Syrorum Grammaticorum obſcuritatem, difficultatẽ, & quod magis eſt, eorumdem librorum penuriam in Grammatica Syriaca acquirenda laborare ſolent; quemadmodum in me ipſe expertus ſum, qui á mea pueritia in ea conſequenda non ob aliam cauſam, maiorem, quam opportebat, laborem poſui, ac ſudorem: niſi quia mihi deerat aliquis auctor, qui rem Grammaticam clare, diſtincte, & ordinate tractaret, ac traderet. His accedit, quod cum ipſi Latinam linguam cum Syriaca, & alijs ſuis linguis coniunctam ediſcerent, multum illis conducere mihi videbatur, ſi aliqua Grammatica, in qua Syriacæ Grammaticæ termini vna cum terminis Latinæ coniungerentur, & illius regulæ, huius vocibus explicarentur, ederetur. Poſtremo ſciebam, & à multis intelligebam huius linguæ cognitionem plurimum ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ in Occidentis partibus profuturam; idque ſemper fuiſſe deſideratum, vt ex concilio Viennenſi ſub Clemente V. Fel. record. manifeſte deprehenditur. Ego autem, qui quidquid boni poſſum, huic ſacroſanctæ Sedi debeo, non modo ad huiuſmodi prouinciam ſuſcipiendam incitabar; verum etiam impellebar, ac plane cogebar. His accedebant multorum amicorum hortationes, inter quos præcipuus erat doctus, ac multarum linguarum peritus Ioannes Baptiſta Raymundus, qui ſicut ex eo tempore, ex quo à Sereniſſimo, ac liberaliſſimo Principe Ferdinando Etruriæ magno Duce nouorum typorum conficiendorum, ac totius ſuæ impreſſionis curam ſuſcepit, ſummo labore, & induſtria elegantiſſimos Orientalium linguarum characteres excudi curauit, ſemperque huiuſmodi linguas quantum in ſe fuit, promouit: ita omnia impedimenta tollere conabatur, meque ad ſcribendum, & imprimendum ob bonum publicum hortabatur. Huic porro operi (quod caput eſt) multum arridebat Illuſtriſſimus, ac Reuerendiſſimus Gabriel Card. Palæotus noſtri Maronitarum Collegij, ac nationis, dictæque impreſſionis digniſ-

ſimus

tamen, qua amplecteris vniuerſos, humanitate, ac beneuolentia fretus, te nobiliſſimum, ac generoſiſſimum Principem, meum, meiq. opuſculi patronum, ac defenſorem elegi: qui ea es poteſtate, qua acerrime quoſcumque ad te, tuumq. patrocinium confugientes defendis; eaq. benignitate, & clemẽtia, qua concedis hominum nemini, quaque ſingulos tuam deſiderantes tutelam, ac beneficentiam nõ repellis. Humanitate itaque tua, ac benignitate, generoſi animi magnitudine, clariſſimi nominis ſplendore, & nobiliſſimi generis tui magnificentia nixus, hos ſeptem libellos nomini tuo inſcripſi, tibiq. dicaui, qui quamquam ad altiſſima quæque oculos intendis; tui tamen ſimillimus aquilæ inſtar (quæ merito eſt tua inter inſignia) mentis acie proſpicis etiam minutiora. Quod quidem plurimum valuit, grauiſſimeq. me in hanc mentem impulit, cum eximia tua erga noſtrũ Maronitarum Collegium beneuolentia multis in rebus perſpecta nobis, & cognita; tum vetus amicitia, quam tibi cum Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. bonæ memoriæ Card. Carafa, noſtro optimo, ac beneficentiſſimo parente fuiſſe non ignoro. Offero igitur tibi hos libellos, quaſi cedrorum fructus a Libano deciſos, peracerbos illos quidẽ, & immites: tibi tamen (vt equidem ſpero) non ingratos, non iniucundos; quod & a remotiſſimis ſint partibus, & quod primi ſint, ac noui fructus, qui nonnullam apud dominos gratiã habere ſolẽt. Offero, inquam, primitias ingenij mei, primoſque ſtudiorum, ac lucubrationum mearum fœtus; & qui primum ab homine Syro, in ſolo Ro-

mano

mano lingua Latina ſint editi,non tāquam te, tuaq. amplitudine dignos: ſed perpetuæ meæ,qui mox in Syriam ad amplificandam pro viribus meis fidem Catholicam ſum reuerſurus, obſeruantiæ pignus, & amoris. Quod ſi hoc meum tibi qualecumque munuſculum gratum,iucundumq. eſſe, & a te benigne & humaniter ſuſceptum eſſe cognouero; ad alia eiuſdem, & alterius generis alacrior efficiar,ac promptior: & ſingularis, præſtantiſq. benignitatis, & humanitatis tuæ non ſolum in Europæ: ſed,& in totius Orientis partibus, apud exteras quoque nationes prædicator ero,& amplificator ſynceriſſimus. Vale.

PRAELVDIA AVCTORIS IN GRAMMATICAM

De linguæ Chaldaicæ, ſeu Syriacæ nominibus, ac diſcrimine.

QVIDAM ex Syris Grammaticis ſcriptis mandarunt, linguam hanc, de qua ſermo eſt, maxime omnium linguarum in multis varijſque locis; atque in ampliſſimis, remotiſſimiſque regionibus propagatam eſſe: ac proinde tantam varietatem, tantamque confuſionem perpeſſam eſſe; vt vix ij, qui ipſamet loquerentur, ſe inuicem intelligerent; interpreteque non indigerent. Quocirca factum eſt, vt pro varietate locorum, ac regionum: in quibus maxime florebat; ac nationum, apud quas potiſſimum in vſu erat, varia ſibi nomina ſortita ſit. Primum enim dicta fuit Chaldaica, a Chaldæa, in qua priſcis illis temporibus cum omnium linguarum confuſio, ac diuiſio facta eſt, Principatum habuit. Eandem ob cauſam appellata fuit Babylonica, à Babylone, eiuſdem Chaldææ ciuitate nobiliſsima, omniumque ciuitatum Orbis terræ prima. Deinde nuncupata fuit ab Aram, ſeu Syria, Aramæa, ſeu Syriaca, vel Syra: nec non Aſſyriaca ab Aſſyria: quia his in locis maxime floruit. Similiter etiam à nationibus, & hominibus ſatis illuſtribus, qui ea vſi ſunt, alia ſibi adſciuit nomina. Aliquando enim dicta fuit Hebraica, non quod ipſa fuerit illa Moſaica lingua, qua vetus Hebræis datum eſt teſtamentum: ſed quod ea aliquando populus Hebræus tanquam vernacula, vt dicemus, vſus ſit. Similiter nunc iure optimo ab aliquibus nominatur Chriſtiana; quia Chriſtus noſter liberator, verus Deus, & verus homo ſuo ſanctiſſimo ore decorauit, vt infra etiam dicemus; & ita proportione quadam de alijs, quæ obtinet, nominibus ratiocinandum eſt. Iam vero cum hæc lingua tot, & tam varia habeat nomina; dubitatio eſt, an vna, & eadem ſit, licet varia habeat nomina; an vero pro varietate nominum, ac diſtinctione, varia ſit, ac diſtincta, ita vt Chaldaica ſit lingua diſtincta à Syriaca, & hæc ab illa. Vt igitur hæc res explicetur; & quid mihi videatur dicendum, exponatur; Aduertendum eſt, ſermonem poſſe eſſe, vel de diſtinctione eſſentiali (vt cum Philoſophis loquar, vel de accidentali.) Si de eſſentiali, falſiſsimum eſſe mihi videtur linguam Chaldaicam diſtingui à Syriaca, & hanc ab illa. Nam cum characteribus, litterarum pronuntiatione, ſono vocalium, verborum coniugationibus, affixis, dictionibus, & tota fere ſtructura orationis; paucis admodum notatis, vtraque conueniat; erroris reuera excuſari non poteſt; qui vtramque eſſentialiter abinuicem diſcrepare aſſe-

uerat. Accedit etiam, quod hoc, quod aſſerimus, clare ex ſacris litteris colligitur. Hebræi enim poſtquam Babylonem fuere tranſlati; ibi iuſſu Nabuchodonoſor Regis Chaldæorum, quidam ex eorũ pueris electi ſunt, quẽadmodum refert Daniel c. 1. vt docerentur litteras, & linguam Chaldæorum, ipſi regi videlicet naturalem, ac patriam; at, vt idem propheta refert cap. 2. Chaldæi reſponderunt regi Syriace; ea videlicet lingua, quam ſciebat Rex; Rex autem ſciebat Chaldaicam vt ex cap. 1. colligitur: ergo cum dicitur Chaldæi reſpõderunt regi Syriace; per Syriace, ſignificatur Chaldaice; ergo Syriace, & Chaldaice idem ſunt, idemque ſignificant; ac proinde eadem erit lingua Syriaca, & Chaldaica. Idem patet de lingua Syriaca, & Aſſyriaca. nam 4. Regum 18. & Iſa. 36. habetur, quod Eliacim filius Helciæ præpoſitus domus, & Sobna & Iohae rogauerunt Rabſacem à Rege Aſſyriorum miſſum, ſecum Iudaice loquentem, vt non Iudaice audiente populo, ſed Syriace loqueretur; precamur, inquiunt, vt loquaris nobis ſeruis tuis Syriace: ſiquidem intelligimus hanc linguam, & non loquaris nobis Iudaice audiente populo, qui eſt ſuper murum. Iſa. autem loco notato, habetur loco Syriace, Syra lingua. Quo loco Eliacim, & eius ſocij vt conſideranti patet, admonuerunt Rabſacem legatum regis Aſſyriorum, & Aſſyriace, ſeu quod idem eſt, Aſſyriaca lingua ſua patria loqueretur. Vnde quia Aſſyriace, & Aſſyriaca lingua idem eſt cum Syriace, & Syra lingua, Eliacim, eiuſque ſocij hæc vocabula Syriace, ſeu Syra lingua pro Aſſyriace, ſeu Aſſyriaca lingua ſumpſerunt. Confirmatur etiam ex prophanis Scriptoribus, qui in eo fere omnes conueniunt, vt nomina Chaldæorum, Syrorum, & Aſſyrorum confuſa eſſe credant. Nam Cic. 1. de diuin. in principio fere libri hæc habet verba. Principio Aſſyrij, vt ab vltimis auctoritatem repetam; propter planitiem, magnitudinemque regionum, quas incolebant, cum cælum ex omni parte patens, atque apertum intuerentur, traiectiones, motuſque ſtellarum obſeruarunt: quibus notatis, quid cuique ſignificaretur memoriæ prodiderunt. Qua in natione Chaldæi non ex artis, ſed ex gentis vocabulo nominati diuturna obſeruatione ſyderum, ſcientiã putantur effeciſſe, vt prædici poſſet, quid cuique euenturum, & quo quiſque fato natus eſſet. Ex quo loco conſtat Aſſyrios, & Chaldæos eiuſdem eſſe nationis, ac gentis. Herodotus etiam Syros à Græcis dictos, Aſſyrios à barbaris dici ſcribit; & illis Chaldæos adnumerat. Vnde etiam Plin. lib. 3. c. 12. Syriæ totius Aſſyriam partem facit. Acron vero, & Porphyrio Grammatici apud Horatium eam, quæ nunc Syria dicitur, olim Aſſyriam dictam addita ſyllaba ſcribunt. Idem ſentit lib. 23. Ammianus Marcellinus; tandem omnes fere Scriptores, vt dictum eſt in eo conuenire videntur, vt prædicta nomina confuſa eſſe arbitrentur. Quare mirum eſſe non debet, ſi lingua Chaldaica, Syriaca, & Aſſyriaca vna, eademque ſit; quandoquidem, & nomina, quæ ei indita ſunt, pro eodem vſurpantur. Neque vero cum nos de lingua Chaldaica loquimur, intelligimus proprie linguam illam, qua Paraphraſis, quæ dicitur Chaldaica, ſcripta eſt; Nam præterquamquod apud nos ea non eſt in vſu, illa integre, & incorrupte Chaldaica non videtur eſſe; ſiquidem plurimas habet dictiones, quæ Chaldaicæ non ſunt; & cum fere ſemper characteribus Hebraicis ſit conſcripta; Hebraicíſque punctis, ac vocalibus Hebræorum more affecta ſit, multum ſaltem, quoad modum legendi Hebraiſmum redolet, vt cuilibet naturali Chaldæo eam legenti manifeſte patebit. Eam tamen exceptis plurimis vocibus, quæ vel Chaldaicæ non ſunt; vel apud Chaldæos non reperiuntur in vſu; ſi legatur cum punctis, ac vocalibus more Chaldæorum; vel proprijs

Chaldaicis elementis cõſcribatur, reiectis omnino punctis, & vocalibus Hebraicis, additiſque Chaldaicis; facile quilibet linguæ Chaldaicæ, ſiue Syriacæ peritus intelliget, ac declarabit. Hanc igitur linguam vere, ac propriè, cum de lingua Chaldaica à nobis ſit ſermo; non intelligimus: intelligimus autem illam, quæ ſuum habet principatum in Oriente; in quo ſuam quoque habuit originem; ſemperque floruit, atque nunc floret; & quam hac noſtra Grammatica Deo adiuuante docere conamur.

Si porro ſit ſermo de diſtinctione, quam Philoſophi appellant accidentalem: negari non poteſt, quin aliqua ſit inter linguam Chaldaicam, & Syriacam diſtinctio, quæ in his præcipue videtur conſiſtere. Primo lingua Chaldaica priſcis illis temporibus, & modo apud remotiorum partium Orientis habitatores ſua nomina perfecta ſingularis numeri habet deſinentia in aleph, cum Y, ſupra penultimam; at vero Syriaca, quæ eſt Chaldaica reformata, loco Y, ſupra penultimam collocat ρ, vt in hoc ſanctiſſimo conſtat nomine ܡܫܝܚܐ, *qui ſecundum linguam Chaldaicam habet ſupra penultimam Y, legiturque mſcibha; ſecundum vero Syriacam habet ρ, & legitur mſcibbo, id eſt vnctus, ſeu Chriſtus. Neque vero ſolum ſupra prædictam nominum penultimam fit illa vocalium commutatio, ſed etiam ſupra multas alias eorum litteras; nam quantum in vſu fuit, & eſt Y, in lingua Chaldaica; tamen eſt in vſu ρ, in lingua Syriaca; Chaldæi enim verbi gratia dicunt* ܐܕܡ, *Adam cum duplici Y, Syri vero* ܐܕܡ *Odom, cum duplici ρ. & ſic in multis alijs.*

Secundo Chaldæi in legendo duplicant illam vocis litteram, quam præcedit alia affecta Y, vt ܐܠܗܐ *alaha, Deus,* ܫܡܝܐ *ſcemaija, cælum,* ܩܕܝܫܐ *qaddiſcia ſanctus, iu quibus litteræ* ܠ, *&* ܡ, *&* ܝ, *ita leguntur, ac ſi ibi ſint duplices. Contra vero Syri prædicta nomina legunt illa non duplicantes. Tertio diſtantium Orientis partium habitatores litteras quarundam dictionum afficiunt Y; quas Syri ʌ afficiunt, vt patet in litteris, a quibus hæc nomina incipiunt,* ܫܒܠܐ *ſsabla, vel ſcebl̓o, hinnitus* ܐܒܠܬܐ *abaltha, vel ebalthoʼ grex camelorũ &c. Contra vero hi Y, illi ʌ, vt* ܡܗܘܢܢܐ *bhuanono, piger, vel* ܡܗܘܢܢܐ *bhuenana. Item quaſdam illi afficiunt ʌ breui, hi / breui, vt* ܨܦܪܝܐ *ſſefraia, vel ſſefroio* ܫܫܠܬܐ *ſceſialta, vel ſciſcialto, catena.* ܬܐܡܪ *Temar, uel timar, dicet &c. Cõtra uero quaſdã illi / breui, hi autẽ ʌ breui. vt* ܩܣܪ *Kiſar, vel Keſar, Cæſar.* ܓܒܪܝܐܝܠ *Gabrijl, vel Gabriel,* ܐܝܣܪܐܝܠ *iſroijl, vel iſroiel. Quaſdam illi afficiunt Y;*

bi vero quieſcentes relinquunt, vt ܘܕܝܬܝܩܝ *vadiathiki, vel vdiathiki, teſtamentum, vbi* ܘ *, ab illis aperitur, ab his quieſcens relinquitur. Quarto vbi eſt* ܥ *ante* ܗ *verbi gratia* ܥܗܕ *meminit, recordatus eſt, a Syris, vt dicemus non pronuntiatur, ſed in* ܐ *commutatur, atque vt illud legitur, at vero ab illis pronuntiatur, & legitur ſicut* ܥܒܕ *fecit. Tandem quædam a magis Orientalibus fiunt aſperæ, a minus vero Orientalibus, ſeu Syris molles, vt* ܫܒܝܥܝܐ *ſchiboio, vel ſceuioio, ſeptimus &c. Sunt & aliæ ſatis leues differentiæ; quorum cognitio licet vt quis more Chaldæorum, ac Syrorum legat vtilis ſit, ac neceſſaria, vt tamen ipſorum libros intelligat, cum nullum plane faceſſat negotium maximi facienda non eſt. Et iccirco, cum hæc ita ſint, nos præcipue hanc Grammaticam de lingua illa, quæ proprie dicitur Syriaca, ſeu quod idem eſt, de Chaldaica reformata inſtituimus; cuius habita cognitione alterius quoque habetur cognitio. Vnde conſtat linguam Chaldaicam, ac Syriacam eandem eſſe eſſentialiter, differre tamen accidentaliter; & qui vnam habet, ac intelligit, neceſſario quibuſdam ſatis leuibus differentijs notatis, alteram habere, atque intelligere. Ex dictis manifeſte colligitur, quam falſum ſit id, quod nonnulli docent, linguam nempe Syriacam eſſe prolem quandam linguæ Chaldaicæ, & Hebraicæ, quia videlicet, cum Hebræi Babylonem abducti eſſent, cœperunt ibi obliuiſci linguam Hebraicam, & addiſcere Chaldaicam; quam quidem quia non perfecte pronuntiare poterant, ſemperque aliquid ex Hebraica retinebant, factum eſt, vt lingua quædam tertia naſceretur mixta ex Hebraica, & Chaldaica. Nam præter quam quod hoc falſum eſſe conſtat ex ſacris litteris; quæ aperte indicant linguam Syriacam fuiſſe, antequam Hebræi Babylonem profecti eſſent; infra oſtendam tantum abeſſe, vt lingua Syriaca ab Hebraica, vt potius hæc ab illa ortum habeat. Deinde vero ſimile nullo pacto videtur eſſe, vt ex imperitia, malaque Hebræorum pronuntiatione, tam nobilis, atque elegans lingua orta ſit: Adde; quod neque verum eſt, Hebræos non potuiſſe perfecte linguam Chaldaicam pronuntiare; immo ſi vlla gens erat, quæ perfecte illam pronuntiare poterat, erat illa Hebræorum; cum enim tot habeant litteras Hebræi, quot Chaldæi, & fere eaſdem, eandemque illarum pronuntiationem, neſcio, cur perfecte prædictam linguam Hebræi pronuntiare non potuerint? Præſertim cum tanto temporis interuallo inter Chaldæos habitauerint; & tam longe eorum vſi ſint conſuetudine.*

DE LINGVAE CHALDAICAE, ſiue Syriacæ antiquitate.

SANE non minus ardua, ac laborioſa, quam iucunda, & curioſa de linguarum antiquitate, ac principatu ſemper viſa eſt diſceptatio. Quæ quidem etſi multum doctrinæ, & eruditionis poſtulet, eam tamen mihi Grammaticam linguæ Chaldaicæ, ſiue Syriacæ ſcribenti, vt nobis conſtet, quinam inter linguas ei debeatur locus, quoquo modo exagitandam propoſui. Vt igitur rem ipſam ſtatim aggrediar ponendum eſt primo, linguæ Chaldaicæ, & Hebraicæ ex communi fere omnium ſententia cæteras linguas cedere antiquitate: & quæſtionem, qua indagatur, quænam lingua reliquarum omnium teneat principatum, de lingua Chaldaica, ſiue Syriaca, & Hebraica eſſe tantum intelligendam. Nam cum huius controuerſiæ ſolutio ex ſacris litteris præcipue colligatur, in quibus de his duabus gentibus, tanquam omnium antiquiſſimis frequens ſermo habeatur; merito de earum duntaxat linguis ab auctoribus inſtitui ſolet quæſtio. Quare nullo modo ſunt audiendi ij, qui vt ſuũ forte oſtentent ingeniũ, quæſtionẽ ad neſcio quas alias linguas extendere conantur. Hi enim ſicut à veritate omnino aberrant, ita confutatione non indigent.

Ponendum eſt ſecundo ante Turris Babel extructionem eandem omnium hominum fuiſſe linguam; eundemque ſermonem, poſt eam vero linguarum, ſermoniſque ortam eſſe diuerſitatem, vt manifeſte habetur in Gen. 11. vbi cum terra eſſet labij vnius, & ſermonum eorundem dicuntur filij Adam profecti de Oriente inueniſſe campum in terra Senaar, & habitaſſe in eo; & ſui celebrandi nominis cupidi, antequàm in vniuerſas terrarum orbis partes diuiderentur, conſpiraſſe vt ſibi ciuitatem, ac turrim extruerent, cuius culmen cælum prope contingeret. Quorum quidem audaciam, & grauem arrogantiam nõ ferens Deus, ita eorum linguam confudit, perturbauitque, vt quid alter alteri diceret, plane non intelligeret. Quocirca locus ille Chaldaice dictus eſt ܒܒܠ *a* ܒܠܒܠ*, ideſt confuſio, vel linguæ hæſitatio, ſeu titubatio; quod ibi vniuerſæ terræ lingua confuſa ſit, hæſitauerit atque omnino titubauerit. Contrarium tamen omnino (vt refert Sixtus Senenſis lib. 5. Bibliothecæ ſanctæ annot. 87. & alij,) ſentit Philaſtrius Brixienſis Epiſcopus, qui noſtram ſententiam, non vt minus probabilem; ſed vt hæreticam in catalogo hæreſ. c. 106. reprobat; aſſeueranter credendum eſſe aſſerens etiam ante ædificationem Babel multis ſæculis plures fuiſſe ſermonum, ac linguarum varietates, quarum ſcientiam omnes homines ex Dei dono vſque ad Turris conſtructionem, & linguarum confuſionem habuerunt. Quod autem loco citato dicatur terra fuiſſe labij vnius, & ſermonum eorundem, ideo dictum putat, quia etſi plura eſſent genera linguarum, omnes tamen ſe inuicem intelligebant; eratque omnibus lingua vna, & ſermo idem, non ſecundum eundem vocabulorum vſum; ſed ſecundum eandem ſenſuum intelligentiam.*

Et ſuam opinionem cõfirmat Philaſtrius ex Gen. c. 10. in quo antequam Moſes Turris ædificationem in c. 11. eiuſdem Gen. deſcribere inciperet, ait à filijs Iaphet diuiſas

uiſas eſſe inſulas gentium in regionibus ſuis ſecundum linguam ſuam, & familias ſuas in nationibus ſuis. Hanc Philaſtrij opinionem Alphonſus de Caſtro lib.9.cõtra hæreſes verbo lingua.proponit,& tanquam hæreticam cõfutat: Quia Moſes apertiſſime docet ante Babel extructionem vnicam tantum fuiſſe linguam,dum inquit:Erat autem terra labij vnius,& ſermonum eorundem.Et dum poſt pauca addit:Ibi(id eſt in ædificatione Babel)cõfuſum eſt labium vniuerſæ terræ. hoc eſt tunc primo diuiſum,& varium,multiplexque eſſe cœpit,quod ante indiuiſum, vnum, ſimplexque fuerat. Equidem Philaſtrium hac in re deceptum eſſe negare non auderem: ſiquidem ſacra Scriptura apertiſſimis verbis loco notato docet vnam fuiſſe omnium linguam ante extructionem Babel. Et patet etiam ex ipſis verbis Dei paulo poſt in eodem cap.ſubiunctis; vbi loquens de filijs Adam fabricantibus Babel, inquit: Ecce vnus eſt populus; & vnum eſt labium omnibus:Et inferius, ſubdit; Venite igitur deſcendamus,& confundamus ibi linguam eorum, vt nõ audiat vnuſquiſque vocẽ proximi ſui.Ergo illud vnum labium;quod prius idem erat omnibus, poſtea fuit diuerſum, ac confuſum.Accedit,quod ita Sancti Patres, & graues auctores exponunt loca prædicta ſcripturæ.Præſertim S.Chriſoſt. Homil. 30.in Gen.exponens illa verba:Et erat omnis terra labium vnum,& vox vna omnibus; nõ de terra loquens inquit,ſed de hominum genere, vt nos doceat vnam linguam omni hominum fuiſſe naturæ.Idem ſentit S.Aug.lib.16.de ciuitate Dei c. 11. & alibi. Illa autem verba cap.10.iam à Philaſtrio citata, ſunt dicta per anticipationem. Eſt enim, iuxta Tichonij regulã,vt bene notat Syxtus Senenſis loco allato,diuinæ ſcripturæ mos aliqua per anticipationem narrare,vt ſcilicet antequam facta fuerint quodãmodo,& perfunctorie narrentur;vt poſtea ſuo ordine res quæque geſta latius deſcribatur. Et idẽ docet S.Auguſtinus lib.16.de ciuit.Dei c. 4.ſic ſcribens: Cum ergo in ſuis linguis iſtæ gentes fuiſſe referantur,redit tamen ad illud tempus narrator; quando vna lingua omnium fuit:& inde iam exponit,quid acciderit, vt linguarum diuerſitas naſceretur:Et erat,inquit,omnis terra labium vnum,& vox vna omnibus &c.

Ponendum eſt tertio,inter omnes fere conſtare linguam Chaldaicam nõ eſſe eandem cum lingua Hebraica. Quare à multis hac in re non immeritò refellitur Philo Iudæus,qui arbitratur linguam Hebræorum ipſam eſſe Chaldaicam;quod Abraham de Chaldæis fuerit. Niſi velit,vt quidam ſatis docti exiſtimant, ſignificare linguam Hebraicam eſſe a Chaldæis profectam, ſicut Abraham, a quo duxit originem; de Chaldæis fuit. Similiter etiam refellitur Oleaſter in cap.10. Gen. vbi inquit. Cum textus dicat totam terram fuiſſe vnius linguæ; equidem facile crediderim eam fuiſſe Chaldaicam,vel Hebraicam. Has enim linguas vnam, & eandem fuiſſe a principio puto,cum ſint admodũ vicinæ. niſi etiã hic auctor,vt Philo,exponatur. Quod autem iſtæ duæ linguæ non ſint eædem,ſed diſtinctæ, manifeſtum eſt ex Danielis 1. ubi dicitur Nabuchodonoſor Rex Babylonis præcepiſſe, vt pueri de filijs Iſrael decori forma,& eruditi omni ſapientia eligerentur,ac literas, & linguam Chaldæorum docerentur:inter quos fuit ipſe Daniel;quod profecto nõ feciſſet Rex, ſi lingua Chaldaica eſſet eadem cum Hebraica.Et patet ex Deut. 28.Ier.5.& Baruc.4.& alibi,ubi vt infra loca ipſa proponemus dicit Deus ſe adiuturum gentem (ſcilicet Chaldæorũ) ſuper Hebræos, cuius linguam non intelligent, intelligerent autem illam, ſi eadem eſſet cum Hebraica; quamquam magnam inter illas eſſe affinitatem negandum non ſit;& qui ſcit vnam breui tempore, & non magno labore, ſi attendat, ediſcere aliã.

Ponen-

Ponendum eſt quarto, inter auctores eſſe controuerſiam, a quonam lingua denominata ſit Hebræa, & populus Hebræus. Quidam enim dicũt, linguam Hebræam, & populum Hebræum fuiſſe denominatos ab Abraham, vt refert S. Thom. in 2. epi. ad Corinth. c. 11. lect. 5. Exponens illa verba: Hebræi ſunt, & ego; quia ante eum non facile inuenitur illud nomen. Huius opinionis fuit S. Auguſtinus. in quæſt. ex vtroq. mixtim; & fuſe eam probat, & contraria argumenta diſſoluit. Nõnulli alij aſſerunt eſſe dictos ab Heber, vt idẽ S. Auguſt. in lib. 16. de ciuitate Dei c. 11. & in lib. 2. retract. c. 16. vbi quamuis putet credibile gentem Hebræorum cœpiſſe ab Abraham, vt Hebræi, veluti Abræi, dicti eſſe videantur: verius tamen ait eſſe dictos ab Heber. Idem ſentit S. Thom. loco citato, & ad Philippenſes cap. 3. lect. 1. & alij multi.

Alij vero affirmant eſſe nuncupatos Hebræos non ab his duobus nominibus Abrahæ videlicet, vel Heber: ſed ab illo celebri tranſitu Abrahæ; cum ſcilicet de patria ſua Chaldæa iuſſu Dei egrediens, & in terram Chananæam veniens flumen Euphratem pertranſiuerit, vt conſtat ex Gen. 12. & Ioſue 28. vbi Deus cum filijs Iſrael ſic loquitur; Trans fluuium habitauerunt patres veſtri, ab initio Thare pater Abraham, & Nachor, ſeruieruntque dijs alienis. Tuli ergo patrem veſtrum Abraham de Meſopotamiæ finibus: & adduxi eum in terram Chananæam &c. Ita vt Hebræi, id eſt, tranſeuntes dicantur, ſicut ij, qui trans mare habitant, tranſmarini dici ſolent. Illorum autem nomen deriuatur, vel a voce Syriaca ܥܒܰܪ, *vel ab Hebraica* עבר, *quæ tam in lingua Syriaca, quàm Hebraica tranſitum, vel trans, ſignificat. Huius opinionis eſt S. Theod. & Franciſcus Georg. locis infra citandis. & alij multi, qui per Hebræum intelligunt tranſeuntem. Et teſtatur etiam Rabbì Selomoh Gen. 24. in hæc verba, Abraham vocatur Hebræus, quia venerit vltra fluuium, & non propterea, quod ab Heber deſcenderit, vt alij dicunt.*

Mihi autem (vt verum fatear) hæc tertia opinio cæteris uidetur eſſe probabilior. Et probatur primo ex confutatione aliarum opinionum. Prima enim, quæ affirmat dictos eſſe ab Abraham, nõ uidetur poſſe eſſe uera. Nam præterquamquod nomen (Hebræus) nõ conuenit quoad pronuntiationem, cum principio, & fine nominis Abraham: in lingua Chaldæa, Hebræa, & Arabica initio habet litteram gutturalẽ ܥ. *in Chaldæa enim dicitur* ܥܶܒܪܳܝܳܐ *in Hebræa* עברי *in Arabica* عبراني. *quam quidem litteram non habet in principio Abraham, ſed habet* ܐ. *Deinde quia Abraham etiam dicitur Hebræus, nemo autem cognomen habet à proprio nomine.*

Nec ſecunda opinio, ſi recte res perpendatur, ſatis probabilis videbitur. Primo quia Abraham ab Heber ſeptima generatione eſt natus; & tamen nullus ante Abraham ex ijs, qui de tribu Heber ſunt, dictus eſt Hebræus: imo nec ipſe Abraham legitur nominari Hebræus, niſi poſtquam uenerit ultra fluuium. Si ergo ante Abraham nullus eſt appellatus Hebræus; & Abraham ipſe non eſt appellatus Hebræus, niſi poſtquam fluuium tranſiuerit, ſatis probabiliter colligitur non eſſe appellatos Hebræos ab Heber; ſed ex eo quod Abraham trans flumen uenerit. Accedit quod poſt huiuſmodi tranſitum cœperunt filij Abrahæ appellari Hebræi, ut cõſtat ex Gen. 39. 40. & 41. Secundo probatur ex congruentijs, quas affert S. Auguſt. in quæſt. Ex utroque mixtim. ad probandum Hebræos dici ab Abraham; nam ſi huic opinioni applicen-

plicentur mirum in modum eam cõfirmant. Abraham enim cum relicta patria, ac parentibus, iuſſu Dei, traiecto Euphrate in terram Chananæam venit, ſatis multiplicatus eſt, inquit Auguſtinus omnibus copijs refertus, Rex, & Propheta appellatus, & pater multarum gentium; qui cum trecentis decem, & octo viris vernaculis ſuis quinque reges confoderit. Vnde quia hæc omnia propter eius fidem, ac obedientiam eius tranſitum in Chananæam cõſequuta ſunt, ipſe, & ij, qui ex eius ſemine erant, teſtimonij, ac memoriæ cauſa Hebræi nuncupati ſunt. Ordinis ergo & meriti eius fuit Abraham, vt caput fieret ijs, qui ex eo traducem habent. Dei enim iudicio princeps, & origo poſitus eſt in terra Chanaan, vt ex eo geniti alterius eſſent, & profeſſionis, & conuerſationis, quam fuerat ipſe priuſquam deſcenderet in terram Chanaan. Innouatus enim ipſe & a falſorum Deorum cultoribus tranſiens nouum cõſtitueret populum in vero Dei cultu, ac deuotione. Hinc eſt, vnde Apoſtolus Paulus Hebræum ſe ex Hebræis fatetur; hoc enim dignitatis videbatur eſſe cognomen. Teſtimonium enim, & nobilitas generis erat, vt ex tam obedienti, ac celebri Abrahæ a falſa Chaldæorum patrum ſuorum religione, & regione ad veram tranſitu cognominarentur. Abijciatur, ſi nõ conuenit rationi: ſpernatur, ſi diſpar eſt: conuellatur, ſi alienum eſt a meritis Abrahæ: & nos refellamur quaſi adulatores eius. Quæ eſt hæc inimicitia aduerſus Abraham? quæ æmulatio, qua ei obtrectant inimici? & quid eſt, quod placeat in Heber, vt primatum iſtum habere dicatur? cuius, ſi cõuerſatio poſſet inquiri, inueniretur forte idola coluiſſe: ſicut Thare, & Nachor & pater Nachor, quos cõſtat nõ longe ab eo fuiſſe, ſicut teſtatur Ioſue 24. qui idola coluerunt. Hæc fere S. Auguſtinus, quibus ideo ad probandum Hebræos a nomine Abrahæ dici, vſus eſt; vt tantum honorem nõ Heber, ſed ipſi Abrahæ tribueret. Qui quidem honor multo aptius, & cõgruentius vt S. Auguſtinus cõtendit, ei tribuitur, ſi tertiam ſequamur opinionem. His ita poſitis de antiquitate linguarum (vt ad rem veniamus) duæ præcipuæ ſunt ſententiæ. Prima eſt eorum, qui exiſtimant linguam Hebræorum eſſe omnium linguarum antiquiſſimam, ac primam. Ita Euſeb. lib. 10. de præparatione Euang. c. 2. Aug. 16. de ciuit. Dei c. 11. Eucher. lib. 2. in Gen. cap. 23. Ioannes Ferus in Gen. c. 11. ſupra illa verba: Erat autem terra labij vnius; quæ autem, inquit, fuerit hæc lingua ignoratur: cõmuniter tamen putatur, quod fuerit lingua Hebræa. Caiet. in Gen. & alij multi. Probatur autem hæc ſententia primo, illa lingua cenſenda eſt inter cæteras antiquitate excellere; in qua mulieris nomen a nomine viri ſumitur, vel cum eo ſaltem aliquam habet ſimilitudinem; At in nulla alia lingua vir, & mulier habent hanc nominis ſimilitudinem, præterquam in lingua Hebræa; in qua mulier dicitur אשה *a nomine viri* איש, *vt ex Gen. 2. patet; ergo hæc inter cæteras antiquitate excellit. Secundo, illa lingua videtur eſſe omniũ antiquiſſima cuius Alphabeti litteræ habent nomina ſignificatiua; ſed hæc ſola eſt lingua Hebræa, ergo. Tertio quo lingua eſt ſimplicior, ac breuior, eo debet eſſe antiquior, ac prior (cum ſimplicia priora ſint cõpoſitis) huiuſmodi autem ſola eſt lingua Hebraica. Ergo. Quarto, ex Caiet. qui duabus cõiecturis linguam Hebraicam primã fuiſſe probat; altera eſt, quia id nomen Domini Tetragrãmaton teſtatur; altera vero eſt, quia Babyloniæ nomen, quod iuxta Hebræam linguam ſortita eſt ciuitas illa, apud omnes nationes perſeueraſſe videtur. Quinto, illa lingua omnium prima eſt habenda; quæ nominum veteris teſtamenti habet interpretationem; huiuſmodi ſoli eſt lingua Hebræa. Ergo. Sexto videmus aliquas linguas nonnulla verba habere*

quæ

quæ magnam habent ſimilitudinem cum lingua Hebræa; quod non eſſet, niſi ipſa eſſet prima. Septimo, illam linguam debuit Abraham habere, quam habuit primus homo, vt Moyſes veniens, & creaturam, & hominem à Deo factum deſcribens hac voce vteretur, qua Deus locutus eſt, & hominem appellauit Adam; & Adæ mulierem Euam; vt hæc vox eſſet in libro Moyſi, quæ fuerit, & in ijs, quos deſcribit, vt vere in omnibus reformatam doceret primam cauſam, & beneficium diuinum in Abraham; hæc autem fuit lingua Hebræa. Octauo, Hiſtoria ſacra teſtamenti veteris eſt, quid reuelatum, ergo etiam & ipſa lingua, qua fuit reuelata; ſed illa eſt antiquiſſima omnium hiſtoriarum. Ergò, & lingua qua fuit reuelata, debet eſſe linguarum omnium antiquiſſima. Fuit autem reuelata lingua Hebraica. Ergo.

Secunda ſententia eſt aliorum, qui contrarium affirmant aſſerentes linguã Chaldaicam, ſiue Syriacam eſſe omnium linguarum vetuſtiſſimam. Hæc ſententia tribuitur a multis, ſanctiſſimo, magno Aphrem Syro, cuius opera, in quibus ſermonem hac de re facit, quoniam Romæ non habui, illam apud eum legere non potui. Habetur tamen aperte in quodam libro Arabico interrogationum ſub nomine Baſilij, & Gregorij. In quo Baſilius interrogans Gregorium ſic, inquit. Dic mihi, qua nam lingua locutus eſt Deus cum Adam, & quænam lingua fuit in principio vſque ad ædificationem Turris, in qua diuiſæ ſunt linguæ. Baſilio reſpondet Gregorius: linguam, qua locutus eſt, cum Adam, eſſe linguam Syram, linguam illam ſimplicem, facilem omnibus gentibus, glorioſam, potentem in verbo, expeditam, atque liberam in ſermone. Hunc autem citaui librum, non quia apud me eſt magnæ auctoritatis, ſed quia ex illo intelligitur hãc ſententiã eſſe multorum. imo cõmunem Orientalium. Eam autem expreſſe habet ſanctiſſimus, ac vetuſtiſſimus auctor Theodoretus in quæſtio. in libr. Gen. q. 59. Iacobus Chriſtopolitanus Epiſcopus ordinis Eremitarum D. Aug. in Prologis ſuper Pſalmos tract. 6. vbi etiam pro hac ſententia citat Albumaſar Rabbì Iuda in tract. Sanhedrin; qui Adæ ſermonem Arameum, id eſt Syriacum fuiſſe dixit. Idem ſaltem ſentit Plin. in 7. naturalis hiſtoriæ c. vlt. dicens, Aſſyrias litteras ſemper fuiſſe; & ibidem probat; ex quo tandem concludit æternum fuiſſe vſum litterarum. Idem indicat Ioannes Annius Viterbienſis ordinis Prædicatorũ in Com. ſupra Fragmenta M. Catonis de Originibus. qui ait Phœnices, & Chaldæas litteras certiſſimas eſſe, & antiquiſſimas, & toti orbi admirabiles. Et Franciſcus Georgius Venetus Ord. Minorum in Problematis in ſacram Scripturam tom. 1. de hiſtorijs Sacramentalibus ſect. 3. qui dicit a Chaldæa totam gentem, & linguam Hebraicam produxiſſe. Et de multigenis rebus occurrentibus, ſect. 7. dicit; Chaldæam eſſe inter duo flumina ſitam, e Paradiſo voluptatis effluentia Tygrim, videlicet, & Euphratem; & hinc ſubiungit Patres Hebræos traxiſſe originem, ſicut ex pleriſque locis Geneſeos colligi poteſt. Idem debet dicere Auguſt. Eugub. qui in lib. 1. de Perenni Philoſophia c. 1. ait ſapientiam a Chaldæis perueniſſe ad Hebræos; ab Hebræis ad Græcos; a Græcis ad Romanos: ſiquidem Abraham Chaldæus fuit, in cuius domo veterem Theologiam, patriaſque traditiones par eſt remanſiſſe, quarum ille hæres fuerit. Et c. 3. Primi igitur omnium ſunt Chaldæi, ab his Hebræi, Aegyptij, Phœnices, nouiſſimi Græci, poſt Romani ſunt nati. Quãuis lib. 2. c. 2. fortaſſis non ſatis congruenter videatur dicere linguam Hebraicam eſſe illam, quà loquutus eſt Adam; & deinde fuiſſe corruptam in Chaldaicum, ſermonem Aramæum, & Arabicum. Idem demonſtrat Dõzellinus in Epiſt. ſupra orationes Themiſtij. Idem videtur ſenſiſſe Plato; qui vt quidam re-

ſerunt, neſcio quo genio impulſus fateri non dubitauit primum nominum impoſitorem Syrum fuiſſe. Et ego quidem apud ipſum de planeta Veneris loquentem in Epinomide iſta legi verba. Lucifer enim, qui & veſper eſt, ſtella ἀφροδίτης, id eſt Veneris eſſe dicitur, quod dictum Syrio nominum auctori valde cõgruum eſt. Hæc Plato. Idem indicant ij omnes qui affirmant primos fuiſſe Chaldæos, qui in terra dominati ſunt; & a quibus ſapientiam reliquis gentibus impartitam eſſe, vt Archil. de temp. c. 1. Methaſten. in lib. de iud. temp. & alij, qui apud Clem. Alex. lib. 1. ſtromatum. Et Euſeb. loco citato aſſerunt Syros primos excogitaſſe, & comperiſſe litteras. Et ſane non eſt, quod quidam ad diſtinctionem confugiant. Et per Syros intelligant Hebræos, quod habitent in Syria. Nam hac ratione lingua Hebræa diceretur Syra, & Hebræi Syri, & ſic Syra lingua & populus Syrus non haberent nomen, quo a lingua Hebræa, & populo Hebræo diſtinguerẽtur. Quod eſſe videtur, & contra communẽ modum loquendi ſacræ ſcripturæ multis in locis: quæ de Syris, & Hebræis loquitur tanquam de gentibus abinuicem diſtinctis. Et contra reliquos auctores, & communẽ, ac vulgarem loquendi hominum; qui ſimpliciter per linguam Syram, & populum Syrum linguam, & populũm a lingua & populo Hebræo diuerſum intelligunt. Accedit etiam, quod hoc pacto lingua, Græca, Arabica, & Turcica, diceretur Syra, quia Græci, Arabes, & Turcæ ſunt etiam in Syria; quod tamen communis loquendi modus non probat. Hanc tandem ſententiam quidam ex recentioribus acerrime defendunt; præſertim Camillus Borellus in ſuo quodam Catholico diſcurſu, ſeu Apologia hiſtorica; qui multis probat nullo modo poſſe dici linguam primam fuiſſe Hebræam ſed neceſſario dicendum eſſe fuiſſe Chaldaicam. Ego porro hanc ſententiam cum ex diuinis litteris, a quibus huius controuerſiæ ſolutio petenda eſt, aperte colligatur; & rationi ſatis conſona ſit; reijcere, & non amplecti, nec audeo nec debeo. Quare mihi dicendum eſſe videtur, linguam Chaldaicam ſiue Syriacam omnium linguarum eſſe antiquiſſimam, ac primam; qua Adam loquutus eſt; & a qua lingua Hebraica promanauit, ac proinde gentem Chaldæam eſſe Hebræa antiquiorem. Probatur autem primo. Illi, qui ſunt ex alicuius progenie ſunt eo poſteriores; ſed Hebræi ſunt ex progenie Chaldæorum, ergo ſunt Chaldæis poſteriores. Maior patet; Romani enim, quia ſunt ex progenie Romuli, ſunt Romulo poſteriores. Minor eſt ſacrarũ litterarum Iudith 5. vbi cum Holofernes Aſſyriorũ militiæ princeps, & acerrimus Hebræorum hoſtis quæreret, quiſnam eſſet populus ille, qui præ omnibus, qui habitabant in Oriente, ſe, ſuoſque exercitus contemneret, ac ſibi obuiam non prodiret. Ei Achior dux omnium filiorum Ammon reſpõdens ait: Si digneris audire domine mi dicam veritatem in conſpectu tuo de populo iſto, qui in montanis habitat; & non egredietur verbum falſum ex ore meo. Populus iſte (id eſt Hebræus) ex progenie Chaldæorum eſt, hic primum in Meſopotamia habitauit. Quoniam noluerunt ſequi Deos patrum ſuorum, qui erant in terra Chaldæorum. Deſerentes, itaque cæremonias patrum ſuorum (ſcilicet Chaldæorum) quæ in multitudine Deorum erant; vnum Deum cæli coluerunt, qui & præcepit eis, vt exirent inde, & habitarent in Charan, &c. Ex quo loco habemus, & Hebræos eſſe ex progenie Chaldæorum, & Chaldæos eſſe patres Hebræorum. Ac proinde aduerſarijs, niſi velint conniuere, fatendum eſſe linguam Hebraicam habere originem a lingua Chaldaica: ſicut ipſi Hebræi, in quibus talis inhæret lingua: habent originem a Chaldæis, in quibus ſimiliter Chaldaica lingua inhæret. Confirmari poteſt ex Iuſtino Martyre, & Philoſopho in orat.

paræ-

parænetica ad gentes, qui ibi ex Philone, & Ioſepho probat Moſem ex Chaldæorũ genere prodijſſe. Hi enim, inquit (ſcilicet Philo, & Ioſephus) Iudæorum res ſcribentes Moſem ex Chaldæis, quidem genus duxiſſe dicunt. Et tamen Moſes fuit Hebræus; Hebræiſque vetus ſcripſit teſtamentum; ſignum autem eſt dici Hebræum ratione generis Hebræorum, quia videlicet Hebræi omnes ſunt de genere Chaldæorum. Probatur ſecundo ex Ierem. 5. vbi vehementer Chaldæorum commendatur antiquitas; ibi enim Deus loquens cum filijs Iſrael, inquit: Ecce ego adducam ſuper vos gentem de lõginquo, domus Iſrael, ait Dominus, gentem robuſtam, gentem antiquam, gentem, cuius ignorabis linguam, nec intelliges, quid loquatur. Textus autem Græcus loco gentem antiquam; habet gentem à ſæculo; ſimiliter & Paraphraſis Chald. populum qui à ſæculo eſt, Hunc autem locum intelligi de gente, ac populo Chaldæorum, qui vrbem, & templum Ieroſolymitanum deſtructurus erat; & ipſos Hebræos Babylonem vi, & armis abducturus; acerbiſſimumque longæ ſeruitutis iugum eorum ceruicibus impoſiturus, præter quamquod conſtans eſt fere omnium interpretum ſententia; manifeſte colligitur ex 2. Paralip. 36. vbi propter nefanda Hebræorum ſcelera, & iniquitates, de eis ſic ſcribitur: Adduxit enim ſuper eos regẽ Chaldæorum, & interfecit iuuenes eorum gladio in domo ſanctuarij ſui; non eſt miſertus adoleſcentis, & virginis, & ſenis, nec decrepiti quidem: ſed omnes tradidit in manibus eius, vniuerſaque vaſa domus Domini tam maiora, quam minora, & theſauros templi, & regis, & principatum tranſtulit in Babylonẽ; incenderunt hoſtes domum Dei, deſtruxeruntque murum Ieruſalem: vniuerſas turres combuſſerunt; & quidquid pretioſum fuerat demoliti ſunt. Si quis euaſerat gladium, ductus in Babylonem, ſeruiuit regi, & filijs eius, donec imperaret Rex Perſarum, vt compleretur ſermo Domini ex ore Ierem. &c. Idem fere indicatur Deut. 28. vbi loquens Moſes, cum populo Hebræo, inquit: Adducet Dominus ſuper te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus in ſimilitudinem aquilæ volantis; cuius linguam intelligere, non poſſis. Et Eſa. 39. De terra longinqua venerunt ad me de Babylone, &c. Et ſubiungitur: Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ theſaurizauerunt patres tui vſque ad diem hanc, in Babylonem. Et Baruch. 4. vbi Ieruſalem cum filijs Iſrael ſic loquitur: Veniãt confines Sion, & memorentur captiuitatem filiorum, & filiarum mearum, quam ſuperduxit illis æternus. Adduxit enim ſuper illos gentem de longinquo, gentem improbam, & alterius linguæ. Poſito igitur (vt iam probatum eſt) ſermonem locis citatis, & præſertim Ier. 5. qui magis ad rem facit, eſſe de Chaldæis; aperte, apteque ſequitur Deum illis epithetis; quæ Chaldæis attribuit; ſignificare aliquid, quo Hebræi Chaldæis ſint inferiores, præſertim virium robore, generis antiquitate, ita vt Deus nobis indicet Chaldæos eſſe Hebræis viribus robuſtiores, & genere antiquiores. Nam alioquin Hebræi Deo poſſent reſpondere, ſumus Chaldæis robore vel æquales, vel ſuperiores; & genere antiquiores; & ita ſequeretur Deum fruſtra illa Epitheta Chaldæis attribuere; quod aſſerere magnæ eſt temeritatis. Concludendum eſt igitur ex hoc loco quoque conſtare Chaldæos eſſe Hebræis antiquiores; ac proinde linguam eorum eſſe lingua Hebraica priorem. Probatur tertio, ex veteri teſtamento lingua Arabica edito (quod nuper opera Illuſtriſſimi, ac Reuerendiſſ. Card. Caraſæ Collegij, ac Nationis Maronitarũ acerrimi, ac beneficentiſſimi protectoris exiſtentis, & impenſis maximi optimi, & liberaliſſimi Pontificis Greg. XIII. quorum memoriam excipient omnes anni conſequentes, in Oriente manuſcriptum

eſt,atque Collegio Maronitarum emptum,in quo c.10.vel 7. iuxta eius editionis diuiſionem in extremo hæc habentur verba.

ومن هولاي جميع الشعوب علي الارض بعد الطوفان . فشقت الالسن
واختلاف لغتهم السريانية .

Ideſt, & ab his diuiſi ſunt omnes populi ſuper terram poſt diluuium ; & diuiſæ ſunt linguæ : & varietas linguæ eorum Syriacæ. Ex quo loco, ſi iſta verba in reliquis textibus eiuſdem editionis manuſcriptis reperiantur,cum hæc editio nō mediocris ſit auctoritatis,maxime probabilis, ac vera redditur hæc opinio. Neque dicas huiuſmodi textum fuiſſe ſcriptum ab aliquo Syro,ſiue Chaldæo, ab eodemque ea verba fuiſſe addita;quia in eodem libro habet nomen Scriptoris,qui eſt Græcus,ſeu melchita lingua tamen Arabica vtens. Quarto ſatis rationi conſentaneum eſſe videtur,vt lingua prima,& communis remanſerit in illa communi regione,in qua,dum ædificium illud attollebatur, ipſius linguæ communis facta eſt confuſio, ac diuiſio. Sed illa regio,vt omnibus conſtat,fuit Chaldæa;ergo prima,& communis lingua remanſit in Chaldæa. Sed in Chaldæa remanſit vſque ad hoc tempus lingua Chaldaica;& in ea maxime viget.Ergo prima,& cōmunis lingua eſt Chaldaica. Cōfirmatur primo,quia ſi in Italia(quod Deus auertat,)cōfunderetur lingua, quæ eſt cōis in ea, verbi gratia Italica;ſatis probabile eſt illā linguā, quæ poſt illam cōfuſionē in Italia remaneret,futuram eſſe eam,quæ prius erat cōmunis,ſcilicet Italica.Similiter ergo dicendum eſt de lingua Chaldaica. Confirmatur ſecundo, quia proportione quadam videtur poſſe philoſophari de rebus artificialibus, & contingentibus, vt de rebus naturalibus,ſed videmus illud elementum eſſe omnium primum ante productionem alicuius mixti naturalis; & in ipſa productione, ac poſt eam prædominari, in cuius regione mixtum illud producitur ; ergo ſimiliter illa lingua debuit eſſe omniū prima ante ædificationem Turris,ſeu cōfuſionem linguarum. & in ipſa, & poſt eam prædominari,in cuius regione Turris illa ædificata eſt, ſeu linguæ confuſæ ſunt; ſed in Chaldæa regione propria linguæ Chaldaicæ Turris fuit ædificata ;linguæque cōfuſæ fuere;ergo lingua Chaldaica fuit prima ante Turris ædificationem; ſeu linguarum confuſionem,& in ipſa,& poſt ipſam prædominata eſt.

Tertio lingua Hebræa,ſiue denominetur Hebræa ab Abraham,ſiue ab Heber ;ſiue a עיבר *, id eſt, trans;ſemper idiomate Chaldaico reperietur poſterior.*

Primo enim ſi dicatur ab Abraham;cum ipſe matre,patre, ac patria fuiſſet Chaldæus, vt tum ſancti Patres, tum etiam ipſæ ſacræ teſtantur litteræ; lingua Hebræa, tum originem,tum cognomen habuit a Chaldæis. Neque dicas Abraham habuiſſe duas linguas Hebraicam videlicet,& Chaldaicam,hac vſus eſt,cum Chaldæis, illa cum Chananæis. Nam ſi hoc intelligatur dum Abraham manebat in Chaldæa, profecto eſt ariolari;& omnino gratis aſſerere;cum ex ſacra Scriptura, hoc non colligatur;ex qua ſola id colligi poteſt. Deinde qui fieri poteſt, vt Abraham natus,& educatus in Chaldæa patrem,matrem, ceteroſque parentes, vt dictum eſt,habens Chaldæos,ſermone,& cōſuetudine vtens Chaldæorum, non aliter, quam Italus in Italia haberet duas linguas natiuas ? niſi forte velint Abraham habitantem in Chaldæa habuiſſe linguam Hebraicam poteſtate, quia illam habiturus erat ; non autem actu; quod ſane & ridiculum eſt; & libenter damus, ſed ad rem non ſpectat. Si vero intelligatur Abraham habuiſſe duas linguas Chaldaicam videlicet, ſuam natiuā, &

Hebraicam

Hebraicam poſt eius è Chaldæa tranſitum acquiſitam; verum dicunt. Sed nō eſt contra nos. Secundo, ſi cognominetur, ac deriuetur ab Heber ſimiliter etiam ſequitur linguam Hebraicam a Chaldæis deſcendiße. Nam cū Heber in Chaldæa natus ſit, in ea habitauerit, ſemen ſuum propagauerit; & tandem in ea mortuus ſit, ſi ab eo ducit originem, & cognomen; ſine dubio a Chaldæis deſcendit. Confirmatur primo, quia Heber prius debuit habere linguam patriæ, quam alienam; patria autem erat Chaldæa; & ipſius linguæ erat Chaldaica; Ergo. Confirmatur ſecundo, quia vel parentes Heber habuerunt aliquam linguam, vel non ſecundum dici non poteſt; ſi ergo dicatur primum; cum ipſi prius in Chaldæa habitaret, ac proinde eſſent Chaldæi; ſine dubio linguam Chaldaicam prius habere, & ad Heber, eiuſque prolem transfundere debuerunt. Quod autem tam Heber, quam eius maiores, ac poſteri, in Chaldæa habitauerint, & Chaldæi fuerint, clare colligitur ex Gen. 12, in quo Habrahæ habitanti in Chaldæa dicitur: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Cū ergo hæc Abrahæ terra fuerit Chaldæa, in qua cognatio, & domus patris eius erat; ac proinde ipſe fuerit Chaldæus. Cumque ſacra Scriptura teſtante de ſtirpe Heber, ac ſuorum prodierit: manifeſte ſequitur etiam Abrahæ maiorum, de quorum ſtirpe fuit, eandem terram Chaldææ fuiße; ipſoſque fuiſſe Chaldæos, & Chaldaico idiomate vſos. Vnde ſi ab illis profecta eſt lingua Hebraica, ſine dubio a Chaldæis profecta eſt. Sed reſpondent Heber, & ſuos licet in Chaldæa habitauerint: habuiſſe tamen linguam primam, & communem, quæ Hebræa fuit; & cum Heber tempore ædificationis Turris, linguarumq. diuiſionis reperiretur, in domo eius primam linguam fuiſſe conſeruatam, ab eoque cognominatam; quia ipſe ſolus cum hominibus illis ad extruendam illam ciuitatem, ac Turrim non conſpirauit. Et quoniam iſta confuſio linguarum fuit pœna propter culpam, vbi non fuit culpa, pœna locum non habuit; ac proinde prima illa, & communis lingua remanſit. Quare cum Heber ſine culpa eſſet; in ipſo, domoque eius prædicta lingua conſeruata fuit. Confirmatur, quia ſicut in diluuio deletis cæteris hominibus, genus humanum fuit conſeruatum in domo vnius Noe iuſti; ſic in confuſione linguarum, ac diuiſione, non defuit domus Heber, vbi ea, quæ ante fuit omnium lingua remaneret. Sed contra multa in hac reſpōſione aſſumuntur, & non probantur. Primo enim vndenam habetur Heber, & ſuos habitaße in Chaldæa, & potius habuiſſe linguam Hebræam, quam patriam. Secundo (vt Philoſophi loquuntur) petitur principium: linguam videlicet Hebræā, quam dicunt habuiſſe Heber, fuiſſe primam, & communem. Hoc enim in quæſtione poſitum eſt. Tertio, vnde colligitur Heber cum illis hominibus ad illud ædificium non conſpiraße: cum contrarium omnino in ſacra Scriptura indicetur. Nam poſtquam dictum fuit Gen. 11. Cū proficiſcerentur de Oriente, inuenerunt campū Senaar &c. Subiungitur, dixit alter ad proximum ſuum, venite faciamus &c. Id eſt, vnuſquiſq. vt in Paraphraſi Chaldaica; in qua habetur, dixerunt vnuſquiſque ad proximum ſuum, &c. quæ vox eſt vniuerſalis affirmatiua nullum excipiens; ergo vnuſquiſque illorum hominum, inter quos erat Heber, dixit, conſenſumq. præbuit, vt ædificium illud erigeretur. Confirmatur ex verbis Dei poſtea ſubiectis; Ecce vnus eſt populus, & vnum eſt labium omnibus, &c. Venite igitur deſcendamus, & confundamus ibi linguam eorum (id eſt, prædicti populi, & omnium, quibus erat vnum labium, inter quos etiā ſine dubio erat Heber, cui cōmune erat illud vnum labium) vt non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui. Ergo vnuſquiſque linguarum confuſionis pœnam

paſſus

paſſus eſt: ſi quidem unuſquiſque non audiebat vocem proximi ſui; ac proinde ſequitur vnumquemque, cum communi pœna affectus eſſet, communem culpam contraxiſſe: & ita manifeſtum eſt Heber quoque hanc culpam participaſſe. Quarto, non videtur eſſe vera ſimilitudo illa inter Noe, & Heber, quandoquidem ille vir erat iuſtus; hic vero tantum abeſt, vt fuerit iuſtus, vt prædictum cõmune ſcelus patraſſe, & idola coluiſſe, ſicut multos eius poſteros ex locis ſacrarum litterarum citatis; & ex alijs non difficile colligatur; quemadmodum etiam indicare videtur S. Auguſt. in quæſt. ex vtroque mixtim. Accedit etiam, quod ſi Heber fuiſſet iuſtus; ſcriptura ſacra de eius iuſtitia propter tam præclarum facinus menſionem feciſſet, cum ipſe ſolus, vt ædificium illud erigeretur, conſenſum non præbuerit; ſicut fecit de Noe iuſtitia, Gen. 6. & de iuſtitia Ioſephi ab Arimathia. Luc. 23. vbi dicitur: Et ecce vir nomine Ioſeph, qui erat decurio vir bonus, & iuſtus. Hic nõ conſenſerat cõſilio, & actibus eorum, &c. Et facere ſolet propter præclara facinora de aliorum virorum iuſtitia. Quapropter concludendũ eſt, nullam eſſe probabilẽ rationem, cur potius in domo Heber, quã alterius lingua prima & communis conſeruata ſit, & ab eo denominata ſit; & non potius Heber linguam Chaldaicam naturalem ſuæ patriæ ſcilicet Chaldeæ quam Hebraicam ſortitus ſit. Tertio denique ſi lingua nuncupetur Hebræa ex ܥܒܪ, id eſt, trans, ſeu quod idem eſt ex celebri illo, ac laudabili Abrahæ tranſitu, iuſſu Dei facto è patria ſua Chaldæa, relicta domo patris ſui, ac cognatione ſua; ſequitur etiam habuiſſe linguam illam primam, & communem, ſcilicet Chaldaicam ſuam natiuam in Chaldæa ſua patria, in qua facta fuit linguarum diuiſio; & poſtquã ad Chananæos venerit, linguam, quæ poſtea ex tali tranſitu appellata eſt Hebræa, vſurpaſſe. Et ſic ex his tribus capitibus ſemper habemus linguam Hebraicam, ac populum Hebræum deſcendiſſe a Chaldæis. Quinto probatur; ſatis rationi conſentaneum eſſe videtur illam linguam vſurpaſſe primum Adam, ac primam Euam; quã ſecundus Adam, & ſecunda Eua vſurpauit. Sed ſecundus Adam, qui eſt Chriſtus dominus; & ſecunda Eua, quæ eſt Beatiſſima Virgo Maria, linguam Syriacam tanquam vernaculam, vt dicetur vſurpauit; ergo hanc eandem primum Adam, ac primam Euam vſurpaſſe, aſſerendum eſt. Sed quæret aliquis hæc lingua Chaldaica, ante linguarum confuſionem, quomodo appellabatur. Reſpondeo probabile eſſe tunc nullum habere nomen peculiare: nam nomina peculiaria imponi ſolent rebus, vt eas aliquo modo à cæteris diſtinguant. Cum igitur tunc vna tantum eſſet lingua, lingua ſimpliciter appellabatur, vel labium vnum, ſeu commune omnibus; vt ex ipſamet Geneſi locis citatis licet colligere. Poſtea vero, quia fuerunt confuſæ, ac diuiſæ linguæ, & tot linguæ intelliguntur extitiſſe, quot fuerunt illi homines, ſcilicet ſeptuaginta duo, iuxta communem ſententiam; qui ad ædificium illud attollendum coniurauerunt; vt ab inuicem diſtinguerentur, ſuum quæque nomẽ, vel à loco, in quo eius vſus maxime vigebat, vel ab aliquo celebri homine progreſſu temporis ſortita eſt. Denique hæc noſtra ſententia non parum ex ſolutione argumentorum contrariæ ſententiæ ſupra à nobis propoſitorum confirmabitur. Quod vt pateſiat, ad ſingula reſpondeamus argumenta. Ad primum itaque argumentum reſpondeo, primum negando maiorem; poteſt enim vna lingua eſſe altera antiquior; & tamen non habere nomẽ viri, & vxoris ſimile. Deinde data maiori, nego minorem. Nam illud etiam fit in lingua Chaldaica, ſeu Syriaca. Imo omnia fere nomina viri, & mulieris in hac lingua

ſunt

ſunt ſimilia. Etenim a ܐܢܫܐ *homo, ſeu vir, dicitur* ܐܢܬܬܐ *mulier, vt in Grãmatica explicabitur, & in plurali* ܢܫܐ *mulieres, fit enim Euphoniæ cauſa illa litterarum cõmutatio. A* ܒܥܠܐ*, ſeu* ܒܥܠܐ *vir, vel coniux, reperitur* ܒܥܠܬܐ *vxor, ſeu coniugata; A* ܓܒܪܐ *vir, deſumitur* ܓܒܪܬܐ *mulier, vel vt Latini, virago. Et nomen fœminæ fere ſemper à maris nomine cum aliqua ſimilitudine in Syriaca lingua deducitur; quare hoc argumentũ, quod maximi faciunt nonnulli, iam conſtat nullius eſſe momenti. Ad ſecundum argumentum. Reſpondeo, licet detur maior, negari tamen minorem.; quia lingua Chaldaica etiam habet nomina litterarum ſui Alphabeti ſignificatiua, vt inferius patebit; vnde hinc nihil habet lingua Hebræa, quod non habeat Chaldæa. Ad tertium argumentum. Reſpondeo, negando ſimpliciter maiorẽ: cum de linguis ſermo ſit; primum, quia ſimplicitas, ac breuitas linguæ nullam fere cum eiuſdem antiquitate habet connexionẽ. Nam verbi gratia lingua Latina eſt ſimplicior, ac breuior Græca; & neſcio an à viris peritis concedatur eſſe illa prior. Et lingua Turcica eſt lingua Arabica, ac Latina ſimplicior, & breuior; & tamen non videtur eſſe illis antiquior, ac prior. Deinde nec in rebus naturalibus ſemper eſt vera. Forma enim eſt materia ſimplicior, & tamen à Philoſophis non conceditur eſſe illa prior. Rurſus lingua dici poteſt breuior cæteris linguis dupliciter; primo, quia non habet tot voces, quot ſunt res appellandæ, vt aliæ habent linguæ, & ſic, quo lingua eſt cæteris breuior, eo potius illis eſt imperfectior, quam antiquior. Secundo, quia non habet tot Phraſes, ac varios dicendi formulas ad vnum, eundemq. ſenſum exprimendum; nec varias voces vni, eidemque rei explicandæ impoſitas. Et ſic quo lingua eſt breuior, eo cæteris ſe eſſe ieiuniorem, magiſq. inopem indicat, non autem magis antiquam, vt reuera eſt lingua Hebraica, quæ, ſi vetus teſtamentum excipias; paucos admodum habet libros, qui ſint puris vocibus Hebraicis ſcripti, & non pleni vocibus Chaldaicis, ſeu Syriacis. Sed quidquid ſit de maiori. Negatur etiam minor, quia lingua Chaldaica, ſeu Syriaca, eſt magis, vel æque ſimplex, ac Hebraica, vt conſideranti vtramque patet; eſt etiam breuis, & conciſa, ſi cum Arabica, & Græca lingua compararetur; non tamen ita, quin habeat multas, variaſque elegantiſſimas Phraſes, varioſq. dicendi modos ad vnum, eundemq. ſenſum exprimendum; & varias, multaſq. voces ad vnam rem declarãdam; prout multos, varioſq. eloquentiſſimos Scriptores temporis progreſſu habuerit; Quod non tam antiquitati ipſius obeſt, quam linguam antiquam à varijs eloquentiſſimis auctoribus locupletatam, amplificatamq. eſſe demonſtrat. Ad quartum ex duabus coniecturis Caie. compactum. Reſpondeo primo priorem coniecturam nihil concludere, quia etiam tam nomen Dei, quam Domini apud Syros eſt Tetragrammaton; nam* ܐܠܗܐ *alobo Deus, &* ܡܪܝܐ *morio Dominus ſunt quatuor literarum, vt patet. Et quidem per litteras nominis* ܡܪܝܐ *morio, aliquid myſterioſum deſignari Syri docent.* ܡ*, enim deſignat* ܡܪܘܬܐ *morutbo, dominationem.* ܪ*, riſc.*

rabu-

ܪܒܘܬܐ rabutho, maieſtatē, ſeu magnitudinem. ܐ aleph, & ܝ iud ܐܝܬܘܬܐ itbutho, eſſentiam, ſubſtantiam, ſeu æternitatem. Vnde huiuſmodi nomen non attribuitur fere niſi Deo. Alijs enim dominis attribuitur nomen ܡܪܐ moro, Dominus: quod latius patet, & tam Deo, quam hominibus conuenit. Rurſus in lingua Græca, & Latina eſt etiam nomen Dei Tetragramaton, & tamen non tenent principatum reliquarum. Secundo, dico neque poſteriorem coniecturam eſſe veram: quia illud nomen ܒܒܠ vere non eſt Hebraicum, ſed Chaldaicum, ſeu Syriacum, contractum a nomine ܒܒܠܐ boblo, ideſt, confuſiò, linguæ titubatio, hæſitatio, ſeu balbuties, vt ſupra indicauimus. Ad quintum reſpondeo, primo negando maiorē; am eum tam ſcriptor, quam populus, cui vetus teſtamentum ſcriberet, eſſet Hebræus, mirum non eſt, ſi vocibus Hebraicis in eo ſcribendo vſus ſit; præſertim, ſi vocibus Chaldaicis vſus eſſet, populus ille non intelligeret. Secundo fac maiorem eſſe veram negatur minor. Nomina enim veteris teſtamēti duplicis ſunt generis, quædā ſunt ſatis antiqua, vt Adam, Eua, Cain, Abel, Noe, Abram, &c. Et hæc vt optime notat S. Theod. loco citato, propria ſunt nomina linguæ Syriacæ; optimamq. habent in lingua Syriaca interpretationem; Adam enim ſignificat terram rubram; Hea dicitur Syriace ܚܘܐ hauo, deriuaturque a nomine ܚܝܘܬܐ haiutho, ideſt, vita. Cain, ideſt, poſſeſſio, ſeu poſſeſſor, a vocibus ܩܢܝܢܐ Keniono, poſſeſſio, ſeu ܩܢܝܐ poſſeſſor. Abel ſi deriuatur, contrahaturq. ab ܐܒܠܐ cum ܐ, ſignificat luctum: ſi a nomine ܗܒܠܐ cum ܗ deducatur, vt vere deducitur, & Syriace dicitur ܗܒܠ hobel. ſignificat, vanitatem. Noe Syriace ܢܘܚ nuhh, contractum a ܢܘܚܐ nauhho, ideſt, requies: Abram Syriace ܐܒܪܡ Abrom, contractum ab ܐܒܐ abo, pater, & ܪܡܐ romo, excelſus, ita vt ſignificet patrem excelſum, cuiuſmodi fuit Abraham. Et ſic in cæteris. Quod ſi interdum quorundā ex his nobis non ſatis nota ſit interpretatio, id oritur, tum quia multa vocabula linguæ Chaldaicæ interierunt; tum quia lingua Chaldaica non omnino eodem modo nunc ſe habet, quo ab initio, vt conſideranti conſtat. Quare ſi nobis eſt ignota illorū nominum ſignificatio, antiquis profecto Chaldæis nō fuit ignota; & licet quorundam eorum interpretatio videatur aliqua ratione apud Hebræos manſiſſe: id tamen eſt, ſi cōcedatur, quia ea lingua ſcripta ſunt, & cōſeruata in veteri teſtamento, vt ſacra recte intelligeretur hiſtoria. Quædam vero in prædicto teſtamento habentur nomina, quæ non ſunt valde antiqua, & poſt linguarum cōfuſionem ficta, ea eſſe Chaldaica nō laboramus, cum præcipue illud a Moſe Hebræo, Hebraicis nominibus populo Hebræo, vt dictum eſt, ſcriptum fuerit. Ad ſextum, reſpōdeo primo

linguas

linguas illas habere ſua verba magis ſimilia linguæ Chaldaicæ, quam Hebraicæ. Secundo, dico ideo habere ſimilitudinem cum lingua Hebræa, quia hæc proficiſcitur a Chaldæa; & ab hac reliquæ linguæ quodam inter ſe ſeruato ordine. Ad ſeptimum reſpondeo, eſto Abraham eam linguam debuiſſe habere, quam habuit primus homo; tantum tamen abeſt, vt nobis obſit, vt etiam quam maxime faueat. Abraham enim habuit linguam Chaldaicam ſuam natiuam, vt conſtat ex dictis, ergo & primus homo habuit linguam Chaldaicam. Cætera vero, quæ in argumento adduntur, non erant neceſſaria. Moſes enim ſcripſit lingua Hebraica non ob aliam cauſam, niſi quia ipſe erat Hebræus, ipſiq; cum Hebræis ſermo habendus erat: & multis vocibus Chaldaicis, quæ propter earum antiquitatem omnibus erant notæ; vſus eſt vt Adã, Heua, &c. Accedit etiam, quod ſimili argumento poſſet quis probare totum teſtamẽtum nouum eſſe ſcriptum lingua Syriaca, qua Chriſtus loquebatur, Euangeliumque turbis tradebat, vt Apoſtoli ijſdem ſacratiſſimis ſuis verbis vtentes vere in omnibus reformatam docerent eius doctrinam, ac beneficium diuinum in genus humanũ; quod tamen non conceditur. Satis enim eſt, vt reformatio in ipſis rebus, ſiue in hac, vel illa lingua declaratis, & ſcriptis reperiatur. Ad octauum reſpondeo primo, nihil prorſus probare. Et ſane ſatis admirari non poſſum eos, qui tale proponunt argumentum: nam hac ratione videtur poſſe probari linguam Græcam eſſe reuelatam. Sic Apocalypſis eſt, quid reuelatum, ergo & lingua, qua fuit reuelatum; fuit autem reuelatum lingua Græca. Ergo. Et tamen ſole clarius eſt linguam Græcam non fuiſſe reuelatam; eiuſque auctor omnibus notus eſt, vt videre eſt apud Iuſt. Marty. & Philoſophum in Oratione Parænetica ad gentes, qui refert litterarum profeſſores, & magiſtros docere Cadmum primũ attuliſſe litteras ex Phœnice Græcis. Et Clem. Alex. in lib. 1. Stromatum; vbi Cadmus autem, inquit, erat Phœnix, qui fuit Græcarum litterarum inuentor, vt ait Euphorus. Vnde etiam ſcribit Herodotus litteras appellatas Phœnicias. Et apud Euſeb. de præpar. Euang. lib. 10. c. 2. qui primus inquit, qui litterarum elementa Græcis tradidit, Cadmus fuit ex Phœnicia. Et idem docent multi alij Doctores. Ergo ridiculum eſt dicere linguam, qua aliquid fuit reuelatum, eſſe reuelatam. Secundo, dico in teſtamento eſſe duo, veritatem ipſam hiſtoriæ, & linguam; qua reuelata eſt veritas; veritatem fatemur eſſe reuelatam; non tamen linguam. Tertio fac linguam Hebraicam fuiſſe reuelatam vna cum hiſtoria veteris teſtamẽti. Hinc tamen non colligitur illam eſſe priorem; imo vero non ſolum Chaldaica, ſed cæteris etiam linguis poſteriorem. Quandoquidem hæc, vt argumentum vult, non fuit in ijs primis hominibus, nec ante, nec ſtatim poſt diluuium, cũ ædificabatur Turris; ſed tempore Moſis, a quo fuit ſcriptus Pentateuchus, fuit ipſa reuelata. Vnde licet verum ſit hiſtoriam Geneſeos omnium hiſtoriarum eſſe antiquiſſimam; hinc tamen, non ſequitur linguam, qua talis hiſtoria ſcripta fuit, linguarum omnium, quæ multo antequam Moſes hiſtoriam illam ſcripſerit, priores fuere, eſſe vetuſtiſſimam.

Sancti porro Patres tantum abeſt, vt hac de re exacte diſputare, & aliquid tanquam certum affirmare voluerint: vt de illa contendere ſuperuacaneum eſſe exiſtimarint. vt ex S. Theodoreto loco citato manifeſtiſſime conſtat. Illi autem, qui pro prima opinione citari ſolent; ipſi fere eam non tam vt ſuam, quam vt vulgi tradiderunt. Vulgus enim conſiderans ſacram Scripturam Pentateuchi eſſe lingua Hebraica ſcriptam, Patriarchas, alioſq. S. Patres fuiſſe Hebræos, cum illiſque Deum eſſe locutum, & alia ſimilia, rem ſubtilius inueſtigare non curans linguam Hebraicam

fuiſſe primam credit, quo credendi verbos S. Aug. qui hac de re prolixius egiſſe videtur frequenter loco allato vtitur.

Deinde noſtra opinio eſt etiam Sanctorum Patrum, & multorum grauiſsimorum Auctorum, quare in hoc non eſt contraria opinione multo inferior. Deniq; in hoc nō tam ſcriptorum, quā ipſius ſacræ Scripturæ, ex qua ſola huius quæſtionis ſolutio colligi poteſt, ſpectanda eſt auctoritas. Scriptura autem, vt ex dictis conſtat, magis ſecundæ opinioni fauere videtur.

DE LINGVAE CHALDAICAE, ſiue Syriacæ dignitate, ac præſtantia.

QVAMQVAM magnam nobis de linguæ huius dignitate, ac præſtantia dicendi ſegetem, ac materiam, tum elegantia, venuſtaſque ſermonis, tum etiam locorum, regionumque in quibus ipſa floruit, magnitudo, amplitudoque ſuppeditat: tamen cum quælibet lingua ex duobus potiſſimum capitibus ex antiquitate videlicet, hominumque, qui ea vſi ſunt, nobilitate multo dignior reddi ſoleat, ac præſtantior, de his duobus, ceteris omiſſis ſermo eſt habendus. Et quidem quod linguæ hæc ex antiquitate ſit digniſsima, ac præſtantiſsima, iam ſatis ſuperque antea oſtendimus. Reſtat ergo duntaxat, vt hic breuiter quidnam dignitatis, ac præſtantiæ ex hominibus, qui ea vſi ſunt, ſortita ſit, oſtendamus. Et quamuis id etiam ingenioſus, ac ſtudioſus lector ex ijs, quæ de eius antiquitate diximus, facile colligere poſſit; ſiquidem ibi primos totius generis humani nobiliſsimos parentes eandem linguā, tum videlicet in Paradiſo voluptatis, tum etiam extra illum vſurpaſſe, ac proinde ipſam reliquarum omnium linguarum obtinuiſſe principatum probatum eſt: tamen vt eius adhuc dignitas pateat illuſtrior, videndum eſt etiam, an poſtquam humanum genus maxime creuerit, ac longe, lateque per varias terræ partes diſperſum ſit, prædicta lingua apud primos, atque nobiliſsimos illius temporis, reges, principes, cæteroſque ipſorum ſubditos in priſtina dignitate conſeruaretur, atque in communi ac familiari colloquio vſurparetur. Quod quidē ita eſſe oēs, tū ſacræ, tū profanæ quoq. teſtantur hiſtoriæ; quæ in eo omnes conuenire videntur, vt primum, & maximum regnum, quod in terra eſſe cœperit, Chaldæorum fuiſſe doceant. Vnde Daniel, vt reliquos ſileam c. 2. Regem Chaldæorum, Regem regum appellauit: & per aureum illius ſtatuæ ipſi Chaldæorum regi per ſomnium viſæ caput, eundem regem, eiuſque regnum, tanquam omnium primum nobiliſsimum, & ampliſsimum ſignificauit, atque interpretatus eſt. Quare cum Chaldæi non ſolum antiquitate, ſed dignitate, ac regnorum principatu maxime omnium excelluerint; ſine dubio linguam illam, qua ipſi, & tot, ac tanti eorum reges loquebantur, & qua in addiſcendis ſcientijs, ac diſci-

plinis

plinis,in hiſtorijs,cæterisque omnibus, ad bonum illorum amplißimorum regnorum regimen pertinentibus,ſcribendis vtebantur,maxime omnium linguarum dignitate, ac nobilitate,excelluiſſe aßerere rationi ſatis eſt conſentaneum. Sed de hoc nemo hiſtoriarum peritus dubitat: poteſt tamen alicui eſſe dubium, an Chriſtus Dominus quoque,Beata virgo, Apoſtoli, reliquique Chriſtianæ religionis è Iudæorum progenie primi ſectatores,ac defenſores,illam vſurpauerint. Vt igitur nodus hic diſſoluatur,indagandum eſt:quanam lingua Hebræi,captiuitate liberati,& Babylone in Iudæam redeuntes,vterentur. Hoc enim indagato, atque patefacto facile id, de quo eſt dubium,indagabitur,atque patefiet. In primis autem vnum tanquam fixum, ratumque ponendum eſt, Hebræos propter multa eorum nefanda ſcelera, cultumque alienorum Deorum (vero Deo permittente) tanta mala eſſe perpeſſos, vt illorum quamplurimi à Chaldæis ſint gladio interfecti; & ij,licet paucißimi, qui gladium euaſerant,Babylonem ad Chaldæorum regi, filijſq. eius deſeruiendum ſint abſtracti, iuxta prophetiam Ier. 25. vt fuſe etiam dicitur in 2.Par. 36. à nobis ſupra citato,& habetur in Eſdra varijs in locis. In hac autem ſeruitute fuerunt Babylone ſeptuaginta annis,vt conſtat ex Ier.29.Daniel 9.2.Par.loco citato. Hoc autem poſito, Communis eſt doctißimorum virorum opinio,Hebræos poſt illius Babylonici iugi,ac ſeruitutis relaxationem in terram ſanctam redeuntes, ibique habitantes linguam Syriacam,ſeu Chaldaicam tanquam vernaculam habuiſſe in vſu,relicta Hebræa, quã fere omnes ob longam illam cum Chaldæis conſuetudinem, obliuione contriuerant: ac proinde Chriſtum Dominum,Beatam Virginem, Apoſtolos, reliquoſque ſanctiſſimos illius temporis viros eandem tanquam communem omnibus vſurpaſſe.Huius opinionis eſt Ioan. Alber. VVuidmanſtadius Iuriſcon. Senator reg. in dedicat.ad Diu.Ferd. Roman. Impe. de textu nouo Syriaco. qui Chriſtum Ieſum vna cum virginali matris lacte ſuxiſſe ſermonem Syrũ affirmat,& multis probat. Et apud eũ Andreas Maſius. & Gerard. Veldouicus Belgæ. Bened. Aria Montan. in admon. ad Chriſt. lectorem. de Syriacis noui teſtamenti libris. Guido Fab. Boderianus. in nouum teſtamentum Syriacum. Belarm. in 1.tomo controuer. lib. 2.c. 4. Ioannes Gagneius. in Euang. ſupra c. 27. Matth. qui Chriſtus, inquit, tanquam vulgaris homo inter vulgares homines vulgari lingua hoc eſt,Chaldaica, vel Syriaca,locutus, qua communiter vulgo loquebantur Iudæi a regreſſu è Babylonica captiuitate; qua lingua in cruce hanc querelam expreßit: Eli, Eli lamazabatani, quemadmodum habent vetuſta etiam latina exemplaria. Hæc ille idem etiam affirmat.

Cornelius Ianſen. Epiſc. Gandauenſis.in concord. Euang.p.1.ſupra illa verba,talitha cumi.Hinc,inquit,& ex alijs pleriſq. locis Euangeliorum,dominum plebæis hominibus locutum fuiſſe,nõ pure Hebraice,ſed Syra lingua,quam tum in Iudæa vernaculam fuiſſe certißimum eſt.Et idem habet p.2.c.39.p. 4.c. 143.ſupra illas voces Boanerges, & Sabacthani. Et multi alij,quorum quidam hanc linguam appellant Chriſtianam, quod ea Chriſtus fuerit vſus. Eiuſdem opinionis (ſi meam, licet interponere) ſum & ego.Sed vt illa omnibus conſtet,ſic explico,ac probo. Cum Ieruſalem,vt ſupradictum eſt,eſſet à Chaldæis deſtructa, & Hebræi,ſi non omnes,multo tamen maiore ex parte gladio eßent interfecti, & qui gladium euaſerant,ſerui, ac captiui Babylonem abſtracti eſſent: ſine vlla dubitatione cogebantur loqui lingua Chaldaica, ac proinde paulatim, propriæ obliuiſci: quippe qui captiui, ancillæque Chaldæorum erant: experientia autem conſtat captiues, ancillaſque ſolitos eſſe edi-

ſcere, & loqui lingua dominorum, ſuæque fere obliuiſci linguæ, præſertim quãdo multo tempore ſub ſeruili iugo detinẽtur. Cuiuſmodi accidit Hebræis: qui miſerabiliter ſeptuaginta annis Babylone captiui detenti ſunt; quo temporis interuallo par eſt credere ſeniores fere omnes, qui deſtructa Ieruſalem, gladium euaſerant, captiuique Babylonem abducti erant, e vita ibi deſciuiſſe, & iuniores cum fere omnes ibi inter Chaldæos nati, atque educati eſſent, linguam Hebraicam, vel ignoraſſe, vel certe in eius obliuionem veniſſe, & linguam Chaldaicam dominorum, quæ ibi vulgaris, & communis erat, didiciſſe, ac vt maternam, & vernaculam ſibi retinuiſſe. Neque vero id difficile fuit. Siquidem Chaldæi, & Hebræi litterarum pronuntiatione, plurimarum vocum ſignificatione, & alijs multis non parum inter ſe conueniunt; & quod caput eſt, ita Hebræi inter Chaldæos fuerunt diſperſi, & commixti, vt multi cum eorum mulieribus, referente Eſdra, connubia traxerint, filioſque procreauerint. Hoc profecto non eſſet, niſi lingua communi, ſcilicet Chaldaica inter ſe vterẽtur: qua ſine dubiò lingua pueri etiam iam iam nati loqui docebantur, & ſic paulatim Iudæis ob tam continuam, ac familiarem cum Chaldæis conſuetudinem, lingua Hebraica vulgaris, ac materna eſſe deſiit; Chaldaica vero in eius locum ſucceſſit. Quo factum eſt, vt cum Iudæi ſeruitute illa liberati in ſuam redierunt regionem; linguam Hebraicam amplius non intelligerent, vt conſtat ex Eſdra lib. 2. c. 8. vbi, cum legeretur liber legis domini vniuerſo populo; Nehemias, & Eſdras Sacerdos, & Scriba, & Leuitæ dicuntur ipſi populo interpretari verba legis, quia videlicet, populus Hebræus linguæ Hebraicæ oblitus verba ſuæ legis non intelligebat; ideoque flebat: at vero explicatis verbis legis, & intellectis, vt ibidem habetur, fecit lætitiam magnã. Et ſubditur. Et in die ſecũdo congregati ſunt principes familiarum vniuerſi populi, Sacerdotes, & Leuitæ ad Eſdram Scribam, vt interpretaretur eis verba legis. Ex quo loco etiam colligi poteſt, non ſolum populum, ſed ipſos etiam Sacerdotes, ac Leuitas linguæ Hebraicæ fuiſſe oblitòs, & eius verba non intellexiſſe, quæ, vt intelligerent, Eſdram interpretem adijſſe. Et ſane ſi Eſdras verba linguæ Hebraicæ populo ignota interpretabatur, aliqua lingua populo nota interpretari debebat; ignotum enim per ignotum explicari, intelligique non poteſt. Lingua autem nota populo Hebræo non potuit eſſe alia, vt conſideranti patet, niſi Chaldaica; quam ſeruili Chaldæorum iugo ſubiectus didicit. Et demum hanc linguam Syriacam tunc fuiſſe communem in Ieruſalem, & maxime in vſu, ſatis indicat Eſdras. lib. 1. c. 4. vbi epiſtola inquit, accuſationis ſcripta erat Syriace, & legebatur ſermone Syro. At dicet quis, Danielem cum ſuis ſocijs fuiſſe traditum præpoſito Eunuchorum diſcendi gratia litteras, & linguam Chaldæorum, vt apud eundem cap. 1. legitur, non ergo ſuam in captiuitate linguam Hebræi deſeruerunt, imo Chaldaicam, vt ex hoc loco colligitur, neſciebant. Sed Hebræos linguæ Hebraicæ fuiſſe oblitos iure negari non poteſt; ſiquidem id ex Eſdra perſpicuũ eſt. Daniel vero, & eius ſocij, cum iam pueri de Iudæa Babyloniam eſſent translati, & breuiſſimo temporis ſpatio ibi permanſiſſent, ſtatim linguam Chaldaicam diſcere non potuerunt; illis tamen cognitam diuturnior cum Chaldæis conſuetudo erat redditura. Vel dicendum eſt Danielem, eiuſque ſocios licet quoquo modo imperito, ac rudi plebeiam Chaldæorum linguam, ſicut alij Hebræi, ediſcere cœpiſſent: peculiari tamen regis iuſſu doctos fuiſſe litteras, & Sermonẽ Chaldæorum, non quidem plebeium, & corruptum, ſed elegantem, & ornatum, qualem habere ſolent, qui in litteras incumbunt, vt in ipſius regis conſpectu ſtare poſſent.

poſſent. Quocirca deinde ipſe Daniel linguæ Chaldaicæ eruditus ſuam prophetiam magna ex parte lingua Chaldaica ſcriptam reliquit. Sicut etiam Eſdras, & multi alij, qui poſt captiuitatis relaxationem ſcripſerunt. Quare concludendum eſt, Hebræis poſt acquiſitam libertatem, iugique Babylonici relaxationem, linguam Chaldaicam, ſeu Syriacam, in Hebraicæ locum, vulgarem, ac maternam ſucceſſiſſe. Ex quo ſequitur Chriſtum dominum, cum natus eſſet eo tempore, quo Hebræi lingua Chaldaica, ſeu Syriaca tanquam vernacula loquebantur, ex Beatiſſima Virgine Maria, quæ prædicta lingua ſimiliter vtebatur, eandem linguam maternam habuiſſe, eamque ore ſuo ſanctiſſimo conſecraſſe, ac decoraſſe; ac proinde quotieſcumque, cum ſuis ſanctiſſimis diſcipulis, vel cum turba, ac plebe tractabat, hac lingua illis vernacula vſum eſſe. Quod manifeſtiſſime etiam patet ex verbis Christi, & Apoſtolorum, quæ Chaldaica, ſiue Syriaca ſunt, & huc uſque in nouo teſtamento, non ſolum Syriaco, ſed etiam Græco, ac Latino reperiuntur. Nam Matth. 5. habetur illa vox ܪܩܐ, *raca, de cuius ſignificatione auctores, qui linguam Syriacam non didicerunt, valde laborant. Quidam enim, vt notat S. Thom. de Græco trahere voluerunt eius interpretationem putantes pannoſum dici racha, vt S. Aug. quoniam Græce dicitur pannus* ῥάκος. *Alij arbitrantur non eſſe vocem ſignificantem aliquid, ſed interiectionem indignantis animi motum exprimentem. S. Hier. ait, eſſe verbum Hebræum, ſignificareque inanem, ſeu vacuum. S. Chriſoſt. licet Homil. 11. in cap. 5. Matth. idē doceat: Homil. tamen 16. ait eſſe vocē Syrorum, & ſignificare es tu, quia ij ait, qui lingua vtuntur Syrorū, racha, pro eo, quod eſt, es tu, contemptu quodā, atque impatientia dicere ſolent. Sed Sanctiſſimus Chriſoſt. optime, ſicut alij multi auctores, aſſeruit eſſe vocem Syrorum; ſed quod dicit eam illis ſignificare (es tu) neſcio a quonā acceperit. Syrorū enim lingua (tu es) dicitur* ܐܢܬܗܘ *atu, vt in Grammatica dicetur. Itaque hæc vox non videtur eſſe, nec Græca, nec Hebræa: ſed neceſſario videtur eſſe Syriaca; & Syriace tria ſignificare pôteſt. Primo enim* ܪܩܐ *raco, eſt idem, quod* [illegible]*, ideſt, teſtudo, quod quidem animal, ita ab Orientalibus, & præſertim à Syris deforme habetur, vt maxime illud nauſeent, atque abhorreant. Vnde credibile eſt tempore Chriſti, fortaſſis fuiſſe in vſu, vt quando quis alium in illis partibus iniuria afficiebat, prædicti animalis nomine, ſcilicet raca, ſimilitudine quadam, vel ob tarditatem, vel deformitatem, vel ob aliquam aliam imperfectionem, quam nauſeabat, & exoſus erat, appellaret. Quo modo nunc etiam, cum quis alterum contumelia lacerat, illi alicuius vilis, abiectique animalis nomen tribuere ſolet dicendo canem, porcum, aſinum, beſtiam, &c. Et Italice dici ſolet,* pare tartaruga. *Fortaſſis, vt Chriſtus Dominus huiuſmodi iniurioſos, & cōtumelioſos dicendi modos reprobaret, dixit, qui autem dixerit fratri ſuo raca, reus erit conſilio. Secundo.* ܪܩܐ*, raco, poſſet quis ſingulari quodam modo trahere a verbo Syro* ܪܩ *rac, ideſt conſpuit, ita vt ſignificet cōnſpuentem, ſeu conſputum; tam enim actiue, quam paſſiue ſumptum, cum alicui tribuitur, in malam apud Syros partem accipitur;*

cipiur;quo fit vt ſæpe alter alterum vocet conſpuentem, ſeu conſputum volens illi aliquam inurere iniuriam. Vel dici poteſt eſſe idem, quod ܪܘܩܐ rauco, id eſt, ſputum, & alter alteri hăc vocem forte dicebat, vt ſignificaret ſe inſtar ſputi illum æſtimare; qui loquendi modus frequens eſt apud Syros. Vt enim quis a ſe nihil alium fieri oſtendat, illi dicere ſolet; tu es inſtar ſputi apud me. Tertio tandem ܪܩܐ raco, apud Syros ſignificat contemptum, deſpectum, vilem, & abiectum; a quo etiam deriuatur nomen ܪܩܘܬܐ racutho contemptum, deſpicientiam, vilitatem, abiectionemque ſignificans. Et in hac ſignificatione arbitror ſumi vocem, raca, in Euangelio; ita vt, qui dixerit fratri ſuo raca, id eſt, contemptum; deſpectum, vilem, abiectum, ſordidum, & tandem (vt dicitur) hominem nullo numero (hæc enim omnia ſignificat hæc vox apud Syros) reus ſit conſilio. Chriſtus itaque dominus voluit illa voce huiuſmodi verba contumelioſa, quæ homines in proximos ſuos iacere ſolent, improbare. Et Matth. 6. habetur vox ܡܡܘܢܐ momuno, Græce μαμωνᾶ, ſimiliter etiam Latine, Mammona, id eſt, diuitiæ, eſt vocabulum Syriacum, vt optime notat Sanctus Chryſoſtomus. Homilia 16. in cap. 6. Matth. & S. Hier. alijq. omnes. Et 16. ܒܪܝܘܢܐ Bariauno, Βαριωνᾶ Bariona, id eſt, filius columbæ; Bar enim vt bene notat Ianſen. in concord. p. 3. c. 66. & alij, ſignificat Chaldaice filium; &, iauno, eadem lingua deſignat columbam. Et 27. ܩܘܪܒܢܐ curbono Græce dicunt κορβανᾶ Latini Corbanam, id eſt, oblatio; eſt vox Syriaca, & licet quidquid à Sacerdote Deo; vel a populo Sacerdoti offertur, illa voce comprehendi poſſit; tamen nunc vel pro ſacra hoſtia, vel pro placentis quibuſdam ex pane confectis, quæ Sacerdotibus in Oriente offeruntur; vel demum pro pane illo benedicto, qui in Eccleſia apud Orientales populo frangi, ac diuidi in more poſitum eſt, accipi ſolet. In Euangelio autem duos videtur poſſe habere ſenſus, ܒܝܬ ܩܘܪܒܢܐ id eſt, in Corbonă; prior eſt; Non licet eos mittere in Corbonă, id eſt, in locum in quo oblatio poni ſolet, ita vt contentum pro continente ſumatur. Poſterior eſt, non licet eos mittere, ſeu vt textus habet Syriacus, abijcere in Corbonă, id eſt, inter oblationem, ſeu inter ea, quæ templo offeruntur; nam illa præpoſitio ܒܝܬ apud Syros, ſignificare poteſt, (in) prout aliquid eſſe in loco ſignificat, & (inter) vt ſuo loco dicetur, & vterq. ſenſus videtur eſſe verus. Mihi tamen poſterior magis placet, licet prior videatur eſſe communior. Item ܓܓܘܠܬܐ gogbulto, eſt vox Chaldaica, ſeu Syriaca, vt notat S. Hier. de interpret. nom. Hebr. Ianſen. in concord. p. 4. cap. 143. Boder. loco ſupra notato, & alij; ſignificat cranium, ſiue caluariam. Ianſenio autem videtur mendoſe legi in Græcis, ac Latinis codicibus Golgotha per ſimplex L, cum legendum potius ſit per duplex L, ſic Golgoltha, nam ſic caluariam, inquit, Chaldaica vocat lingua. Sed reuera, quod legatur per ſimplex L, nullum eſt mendum; mendum tamen eſſet ſi per duplex L, legeretur. Nam hæc vox apud Chaldæos, ſiue Syros per

ſimplex

ſimplex L, ſcribitur. Si tamen aliquod eſt mendum, eſt in illa litterarum loci permutatione; nam ſic iuxta Chaldaicam, ſiue Syriacam veritatem, ſcribendum eſſet Γολγοθᾶ; *Gogolta. Sed huiuſmodi mendum nihili plane eſt faciendum, cum voces peregrinæ, aliarum linguarum elementis ſcriptæ, fere ſemper aliquam patiantur varietatem. Rurſus ſententiam illam, quam Chriſtus Dominus in Cruce pendens protulit, ſcilicet, vt Græci habent* ἠλὶ ἠλὶ λαμασαβαχθανί. *Et Latini, Eli, Eli Lamaſabactani, quidã contendunt eſſe Syriacã. Sed reuera tota non eſt Syriaca, ſed vt optime notat S. Epipha. hær. 69. partim Hebraice, partim Syriace a Chriſto Domino fuit prolata. Syriace autem illa ſententia ſic ſcribitur* ܐܝܠ ܐܝܠ ܠܡܢܐ ܫܒܩܬܢܝ *il il lmono ſcevaction, ideſt, Deus meus, Deus meus, quare reliquiſti me. Et ſic in textu Syriaco reperitur. Illæ primæ voces, ſcilicet, Il Il, nõ ſunt Syriacæ ſed Hebraicæ. Nam Syri dicerent* ܐܠܗܝ ܐܠܗܝ *Aloh Aloh, Deus meus, Deus meus; cæteræ vero ſunt omnino Syriacæ. Nã, ſceuact, ſignificat reliquiſti, affixum, ni, ſignificat me; licet Syriace illud affixum quieſcat. Vnde illi, qui ibi, vbi Chriſtus erat crucifixus erãt, quoniã ſciebant linguã Syriacam, tanquam vernaculam, & ignorabant Hebraicam; verba Syriaca intellexerunt, non autem Hebraica; quo fit, vt per nomen Eli, Eli, nomen Eliæ, quod lingua Syriaca dicitur* ܐܠܝܐ *Elio, propter quandam affinitatem intellexerint, putantes Chriſtum vocaſſe Eliam. Ex quo conſtat Græcorum, Latinorumque codices in huius dictionis deſcriptione non eſſe mendoſos, quia habent Sabactani, & non Azabtani, vt quidam putauere. Nam vt bene notat Ianſen. in concord. p. 4. cap. 143. illud vocabulum prædicti codices habẽt iuxta linguam Chaldaicam, & non iuxta Hebraicam; & magis credendum eſſe, ait Chriſtum Dominum, cum lingua Chaldaica eſſet illi vulgaris, dixiſſe Sabactani, iuxta Chaldaicam, quam Azabtani, iuxta Hebraicam. Addit præterea deprauate legi in pleriſque libris Lamazabatani, cum legendum ſit Lamaſabactani, quemadmodum ſe incorruptam dictionem Chaldaicam reperiſſe in vetuſtis exemplaribus Latinis ſimul, & Græcis teſtatur modernus quidam. Et Marci 3. habetur* ܒܢܝ ܪܓܫ *bnai rgheſc, cognomen filiorum Zebedæi, quod Græci, vt potuerunt ſic ſcripſerunt* Βοανεργὲς, *& ſimiliter Latini Boanerges; hoc autem cognomen eſſe Syriacum docet Ianſen. in concord. p. 2. cap. 39. & Boder. loco notato.* ܒܢܝ *enim lingua Syriaca ſignificat filios: &* ܪܓܫ *rgheſc, quod videtur eſſe cõtractum a nomine* ܪܓܫܐ*, quod duo videtur ſignificare, primo ſenſum, ſecundo fremitum, tumultum, ac ſtrepitum, ſicut verbum* ܪܓܫ *rghaſc, & ſignificat, ſentire, & fremere ac perſtrepere; niſi quis velit illud nomen deducere a nomine* ܪܓܘܫܐ

quod

quod proprie ſtrepitum, tumultumque ſignificat. Declarantur autem illa nomina filij tonitrui, quia tonitruum fit cum magno ſtrepitu, ac tumultu, ita vt omnes illud ſentiant. Et ita nomen illius, quod comitatur tonitruum, ad ipſum tonitruum ſignificandū, impoſitū eſt. & cap. 5. ܛܠܝܬܐ ܩܘܡܝ ttlitho cum, Græce ταλιθὰ κοῦμι, & Latine, Talitha cumi; ideſt, puella ſurge, quod dictum eſſe Syriacum omnes ferè linguarum periti fatentur; quo fit vt cum omnino ſit Syriacum, illa verba, quæ habentur in textu Græco, ac Latino (quod eſt interpretatum, puella tibi dico ſurge) in textu Syriaco non reperiātur. Fortaſſis ipſe Euangeliſta Marcus, qui ſuum Euangelium in patrium Sermonem Syriacum putatur tranſtuliſſe; cum illa verba eſſent Syriaca, noluit iterum alijs verbis Syriacis interpretari; quia erant ordinaria linguæ Syriacæ. Ex quo loco aperte probatur, quod quærimus, ſcilicet Chriſtum Dominum habuiſſe in vſu linguam Syriacam. & cap. 7. illud verbum ܐܬܦܬܚ ethphathh, Græce, ἐφφαθὰ, Latine, Ephphetha. Ideſt, adoperire, eſt etiam Syriacū; vnde etiam illa verba, quæ in alijs textibus habentur, (quod eſt adoperire) non ſunt tranſlata in lingua Syriaca; ſed ſolum ipſum verbum tantum ponitur ſine vlla explicatione; quia eſt ordinarium, ac proprium verbum Syrorum apud eos aperire ſignificans. Et 14. ܐܒܐ abo, ἀββᾶ, abba, ideſt, pater, eſt etiā Syriacū. Et Ioā. 1. nomen ܟܐܦܐ Kipho, Græce, κηφᾶς, Latine, Cephas, quod Simoni imponitur, vt optime etiam notat Beda. homil. 1. temp. Hiem. & Ianſen. in concord. p. 1. c. 17. & alij fere omnes, eſt Syriacum, ſignificatque petram, ſeu lapidem. Vnde illa verba (quod interpretatur Petrus) in textu Syriaco non reperiuntur, quia illud nomen proprie Syris ſignificat, petram, ſeu lapidem. Item nomen ܡܫܝܚܐ mſcihho Græce, μεσσίας, & Latine, quoque, Meſſias, ideſt, vnctus, eſt Syriacum deriuatum a verbo ܡܫܚ quod vngere ſignificat. Vt etiam notat Ianſen. ibidem. Et ideo illa verba (quod eſt interpretatū Chriſtus) in textu Syriaco non ſunt poſita. Et Ioan. 5. ܒܝܬ ܚܣܕܐ Bethbheſdho, Græc βηθεσδὰ, Latine Bethſaida, ſeu vt alij volunt, Betheſda. Ideſt, domus miſericordiæ, eſt nomen Syriacum conflatum ex duabus vocibus, ex Beth, ideſt, domus, & hheſdho, id eſt, miſericordia. Et nomen ܦܨܚܐ peſhho, Græce, πάσχα, & Latine, paſcha, quod apud omnes Euangeliſtas reperitur, eſt omnino Syriacum & proprie ſignificat lætitiam, quæ videlicet v. ltu, verbis, ac motibus oſtēditur, & hinc eſt, vt quia in feſto die potiſſimū huiuſmod. lætitia oſtēndi ſolet, pro die feſto accipiatur. Et Actorū 5. ܫܦܝܪܐ Sciapira, Græce σαπφείρη, Latine Saphira, id eſt, pulchra, eſt etiā nomen Syriacū. Et Act. 9. ܛܒܝܬܐ ttui-

ttuitbo Græce ταβιθὰ. Et Latine tabitha, ideſt, caprea, ſeu dama, eſt vox Syriaca ſquoſit, vt illa verba (quæ interpretata dicitur Dorcas) explicandi cauſa in textu Syriaco non ſunt addita. Et 1. ad Cor. c. vlt. ܡܪܢ ܐܬܐ moran etho, Græce μαραναθὰ, Latine ſimiliter Maran atha. Id eſt, Dominus noſter venit eſt Syriacum, vt etiam optime notant S. Athan. S. Ambroſ. & Magiſter ſentent. in illum locum, & alij. Ex quibus locis, & ex alijs plurimis doctiſsimus quiſque fateri cogitur Chriſtum Dominum, Beatam Virginem, Apoſtolos, & demum omnes Hebræos habuiſſe linguam vernaculam, ac maternam Syriacam. Quod etiam manifeſtiſſime præter ea, quæ diximus, confirmat id, quod dicitur in 1. cap. Act. Ibi enim habentur hæc duo nomina ܚܩܠ ܕܡܐ Hacal dmo, Græce ἀκελδαμὰ, & Latine ſimiliter Haceldema; id eſt ager ſanguinis. Et dicuntur hæc nomina eſſe impoſita illi poſſeſſioni, ſeu agro, lingua habitantium Ieruſalem; ſeu vt habet textus Syriacus, lingua regionis. at certũ eſt illa nomina eſſe Syriaca, vt optime notat Ianſen. concor. 4. p.c. 140. Guido Fabritius loco ſupra notato. Et Belar. tom. 1. lib. 2. c. 15. & alij fere omnes præſertim, qui aliquam cognitionem habent linguæ Syriacæ, ſeu Chaldaicæ, ac Hebraicæ. Igitur lingua habitantium Ieruſalem, ac proinde vniuerſæ illius regionis, inter quos Chriſtus Dominus, eius Sanctiſsima Mater, eius Apoſtoli; reliquaque eius ſancta progenies erat, lingua Syriaca fuit. Sed obijciet quis Act. c. 21. dicitur S. Paulus allocutus eſſe plebem Iudæorum lingua Hebræa; & idem habetur cap. 22. Imo Euangeliſtæ multas voces, quæ dictæ ſunt eſſe Syriacæ, ſeu Chaldaicæ; dixerunt eſſe Hebraicas, vt illud Ioan. 19. vbi habentur illa verba (exiuit in eum, qui dicitur caluariæ locum, Hebraice golgotha) non ergo bene probatum eſt ex vocibus prædictis ex eo, quod ſint verba Chriſti, & Apoſtolorum, & ſint Syriacæ, Chriſtũ, & Apoſtolos lingua Syriaca eſſe loquutos; quandoquidem ipſimet Euangeliſtæ dicunt ea eſſe dicta Hebraice; Quare ex locis allatis probatur Chriſtum, & Apoſtolos lingua potius Hebraica, tanquam vernacula, ac materna eſſe loquutos, quam Syriaca. Reſpondeo in prædictis locis non ſumi linguam Hebræam pro lingua illa Moſaica, ſed pro lingua, qua eo tempore Hebræi tanquam vulgari, ac patria vtebantur; vt optime notat Ianſen. concord. p. 4. c. 143. Belarm. tom. 1. lib. 2. c. 4. VVidmãſt. locis citatis. Accedit etiam, quod S. Hieron. lib. de nom. Heb. multas voces inter quas eſt prædicta vox Golgotha, affirmat eſſe Syriacas, ſeu Chaldaicas, cum tamẽ ab Euangeliſtis Hebraicæ eſſe dicantur. Neceſſe eſt igitur Apoſtolos cum locis notatis, & alijs ſimilibus de lingua Hebræa mentionem faciunt, linguam illam, qua tanquam materna, ac vernacula Chaldaica, videlicet ſeu Syriaca. Hebræi tunc vtebantur, intellexiſſe, pro certò habere. Ex dictis manifeſte patet, ſacroſanctum Matthæi Euangelium, & Epiſtolã Pauli ad Hebræos lingua Syriaca, & alijs fuiſſe ſcripta, vt optime, ac doctiſſime probat Ioan. Alber. VVid. Guido Fabritius Boder. & Belarm. locis citatis. & alij multi. Nam, vt ait, Nicephorus cum S. Matth. anno ab Aſcenſione Chriſti 15. ad gentes iturus, Euangelium, tum S. Paulus ad Heb. Epiſtolam ſermone patrio ſcripſit; conſtat autem ex dictis ſermonem eorum patrium, ſeu maternum, ac vulgarem fuiſſe Chaldaicum, ſeu Syriacum. Tunc enim Moſaica lingua Iudæorum patria, ac materna non fuit, ſed tanquam ea, qua vetus erat ſcriptum

e teſta-

teſtamentum, a doctis tantum intelligebatur, & in templo, ac ſcholis vſurpabatur: Vnde Iudæi, qui Chriſtum in templo docentem audiebant obſtupefacti dixerunt: quomodo hic litteras ſcit cum non didicerit. Deinde, vt optime ratiocinatur VVid. æquum erat ex omnibus Euangeliſtis vnum aliquem doctrinam Chriſti, tum exorientem, ea lingua perſcribere, quæ non ſolum a Pontificum, Scriborum, Phariſæorumque collegiis, inimice, hoſtiliterque inſectantibus. Verum & ab infima multitudine, ſeu turba, ipſiſque diſcipulis ex Idiotarum numero delectis intelligeretur. Poſt hæc, indiligenter illiberaliterque cum vniuerſa Eccleſia egiſſe Apoſtoli videri poſſent, niſi cæleſtem Chriſti doctrinam, ac legem, eodem ſermone, eodem verborum pondere, eademque ſententiarum grauitate, quantam ex diuino ipſius ore ab attentis auditoribus excipi par erat, præſtari nobis alicubi procuraſſent: atque hæc ipſa indiligentia Græcæ quoque, Latinæque linguæ conditionem meliorem reddidiſſet, quam eius, in qua ſalutis noſtræ myſteria enuntiata fuerunt. Quin & vero diſſimile non eſt Matthæum Publicanorum ordinis hominem ſermonis iſtius Moſaici neſcium fuiſſe: alioquin enim quomodo & vulgi, & Iudaici, & principum eius gentis opinio de Apoſtolici gregis ignorantia, & inſcitia conſtitiſſet, quam ſeruator ipſe diſſimulato illiterati hominis probro ſibi obiecto confirmauit. Denique prouidentiæ diuinæ conſentaneum eſſe arbitratur VVidmanſt. vt Melchiſedechi Sacerdotio vna cum lege placabili, decretis, hoſtiiſque Moſaicis ſuccedente, ac Hebræorum lingua vetere, paucis quibuſdam voculis exceptis, vna cum victimis illis, & accuſatoria lege, qua late noſtra religio patet, ab aris, & ſacrificiis noſtris exploſa, nouus ſermo diſciplinæ cæleſtis enuntiatione imbutus ſubſtitueretur, vnde Chriſtiana lex in Orbis terræ linguas præcipuas, tanquã ex fonte dimanaret. hæc ille. Neq. vero his vt bene notat Belar. & alii repugnant veteres Scriptores, ac Patres, qui dicunt Euangeliũ S. Matthæi, & Epiſtolam Beati Pauli ad Hebræos, Hebraice ſcripta fuiſſe; loquuntur enim de lingua Hebraica, quæ Apoſtolorum tempore vulgaris erat, & communis Hebræis, quam Chaldaicam, ſeu Syriacam fuiſſe conſtat ex dictis; quemadmodum, vt iam diximus in ipſo Euangelio aliquid legimus eſſe dictum Hebraice; quod tamen vulgari lingua ſcilicet, Chaldaica, ſeu Syriaca dictum eſſe linguarum peritis perſpicuum eſt. Iam vero ex dictis aperte videtur poſſe colligi: hac lingua gaudium, pacem, ac ſalutem ab angelis annuntiata eſſe hac primum fidem Chriſtianam in Syria; in qua ipſa lingua maxime floruit, ac floret, & in qua primum etiam, ſanctiſſimũ Chriſtianum nomen cœpit eſſe, ac dici; manifeſtatam eſſe, turbiſque variis parabolis declaratam eſſe: hac diuina, diuinique amoris pleniſſima præcepta tradita eſſe: hac remiſſionem peccatorum prædicatam eſſe: hac Sacramenta omnia inſtituta eſſe; hac miracula cuncta, quæ a Chriſto loquente fiebant, facta eſſe: hac Apoſtolis ſanctis & præſertim Petro eorum Principi a Chriſto Domino ligandi, ſoluendique poteſtatem datam eſſe: hac omnia Chriſtianæ fidei myſteria, &, vt vno verbo dicam, vniuerſam doctrinam Euangelicam a Chriſto Domino patefactam, & diuulgatam eſſe: atque homines ad eam inuitatos eſſe. Hac quemadmodum Dæmon primum Adamũ ac primam Euam fallacibus verbis vicit, atque in errorem induxit: Ita eadem Secundus Adam primi defenſor, ac vindex, & ſecunda Eua damna a prima illata reſarcians, ipſum dæmonem ſuis ſanctiſſimis, ac omni virtutis laude decoratiſſimis verbis, vicerunt, ſuperarunt, & omnino repreſſerunt. Hac præterea ſanctiſſimum ipſius Deiparæ Mariæ Virginis canticum ſcilicet (magnificat) ab ipſa dictum fuit.

Hac

Hac Angeli ſalutatio caſtis ipſius auribus ſuauiter inſonuit. Hanc denique in varijs, ac dulciſſimis eloquijs Maria cum filio Ieſu; & Ieſus filius cum matre Maria, & Ieſus, & Maria, cum ſanctis Diſcipulis, alijſque amicis, & cognatis quotidiano vſu vſurpabant. Ex quo, vt tandem concludamus, facili negotio cognoſci poteſt, quanta ſit huius linguæ nobilitas, dignitas, ac ſanctitas; & quanti ab omnibus præſertim a Chriſtianis ſit facienda; quandoquidem Chriſti, & matris eius ſanctiſſimo, ac puriſſimo ore fuit conſecrata.

DE CHALDAICAE LINGVAE vtilitate.

QVAM vtilis ſit, ne dicam neceſſaria Chaldaicæ linguæ, in Chriſtiana, ac ſancta Dei Eccleſia cognitio, ac ſcientia, quamuis pro dignitate dicere non poſſimus: tamen, vt aliqua eius addiſcendæ ſtudioſis ingeneretur cupiditas; aliquid de plurimis, vberrimiſque, qui ab illius cognitione capi ſolent, fructibus, breuiter, leuiterque attingemus. Primo igitur ad ſacram Scripturam (vt ab ea ſumatur initium) in multis obſcuris, difficilibuſque locis, clare, facileque intelligendam eſt vtiliſſima. Nam ſi de veteri teſtamento ſermo habeatur, cum eius in linguam hanc antiquiſſima ſit translatio; ſiquidem hæc, vt alias ſileam translationes Syriacas, tempore S. Thaddæi Apoſtoli, & Abgari Syrorum regis, facta fuit, vt traditur tum alibi, tum in Prologo quodam Pſalterio Syriaco præmiſſo, & ego fauente Deo alibi de huiuſmodi Syriacis translationibus, fuſe, accurateq. tractabo; non poteſt eſſe, tam antiqua huius teſtamenti, in hac lingua editio, eiuſque lectio ediſcentibus; niſi magnæ vtilitatis; & miræ in varijs, reconditiſque ſacræ Scripturæ enodandis ſenſibus, tum verbi diuini concionatoribus, tum eiuſdem explanatoribus, facilitatis, atque eruditionis. Accedit etiam, quod cum hæc lingua maiorem affinitatem habeat cũ lingua Hebraica, in qua prædictum teſtamentum fuit cõſcriptum, quã quælibet alia lingua; & in quã pluribus vocibus, dicẽdiq. modis, ac phraſibus inter ſe maxime conueniãt, quo fit, vt quidã has duas linguas vnã, & eandẽ eſſe putauerint; ſine vlla dubitatione huius linguæ voces ſcripturarũ ſententias aliquo modo propius attingent. Quod præclare ex Magno Aphrem Syriæ ornamento Magnus Baſilius Græciæ decus notauit in Haxam. exponens inter alia illud Gen. 1. (& Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas.) At quonam inquit pacto dixeris ſuper aquas hic ferebatur? Equidem nõ meam; ſed viri cuiuſdam Syri (intelligendo S. Aphrem) recenſebo ſententiã, qui tantum a mundana ſapientia diſtabat, quanto verarũ ſcientiæ rerum propinquior erat. Aiebat igitur ille Syrorum vocem ſignificantiorem, atque euidentiorem eſſe, & ob affinitatem, quam cum Hebraica habet lingua ſententias Scripturarum aliquo modo propius attingere. Itaque talem huiuſce ſententiam eſſe dicebat: verbum hoc ferebatur

batur pro confouebat, vitalemque fœcunditatem aquarum naturæ præbebat: ſumūt, atque interpretantur ad ſimilitudinem auiculæ incubantis, vimque vitalem quandam imprimentis in ea, quæ ab ipſa fouentur. Talem hunc is prædicabat ea voce ſenſum ſignificari, ſuper aquas, inquam ſpiritum Dei ferri, id eſt, ad fœcunditatem vitalem, aquæ naturam ipſum Spiritum ſanctum præparaſſe. Quare ſatis per hoc id oſtēditur, quod quæritur a nonnullis, nec ab actu creandi Spiritum ſanctum abfuiſſe. Hæc Magnus Baſilius. Ex quo loco manifeſte conſtat linguæ Syriacæ voces in ſacra Scriptura eſſe ſignificantiores. Quare & ipſa lingua, & in ea Scripturæ editio maximæ debet eſſe vtilitatis, maximæ auctoritatis. Si vero ſermo ſit de nouo teſtamento, cum hoc partim Syriaca lingua Apoſtolorum patria ſit ſcriptum, vt ſupra dictum eſt, partim in illam, vel ab ipſis Apoſtolis, vel Apoſtolorum temporibus (de quo iuuante Deo alibi) ſit translatum, & ab Apoſtolorum temporibus hucuſque magno omnium Orientis populorum, qui Chaldaica, ſiue Syriaca vtuntur lingua, vt etiam vetus teſtamentum retentum, & ſemper ſumma in veneratione, & auctoritate ſit habitum, & demum publice in omnibus eorum Eccleſiis antiquiſsimis conſtitutis in Syria, Meſopotamia, Chaldæa, Aegypto, & deniq. in vniuerſi Orientis partibus diſperſis, ac diſſeminatis, lectum ſit, ac legatur, quiſnā ſine maxima temeritatis nota, eius editionis lectionem non eße maximæ vtilitatis, & auctoritatis negare poteſt. Nā licet Schiſmatici, a Catholicis Orientis in explicando, quid ſibi velit Syriacus textus interdum dißentiant: in ipſo tamen textu de verbo ad verbum Syriace legendo, & integre retinendo, ab eoque nihil plane detrahendo, vel nihil illi de nouo addendo, nec vllo modo reformando, mirum in modum (vtinam ſic alijs in rebus) cum illis conſentiunt: quare ſicut ante ſchiſma, ita poſt illud eodem Syriaco textu, quo Catholici, vtuntur; & omnino cum illis in iiſdem ſacræ Scripturæ verbis, licet interdum nō in ſenſu, omnino conueniunt. Vnde nullus vlli vnquam de textu ipſo Syriaco remanſit dubitandi locus. Deinde nouum teſtamentum Hebraice non extat; quare cum aliquid obſcurum, ac difficile in textu Græco, ac Latino alicui interpreti occurrit; non habet alium textum vocibus ſignificantioribus, & antiquiſſimorum ſanctiſſimorūq. virorum Commentarijs illuſtratum, quem conſulere poßit, niſi Syriacum; quem pauci Latini, ſicut pauci Syri textum Latinum, ob hominum linguæ Latinæ, ac Syriacæ peritorum penuriam, hucuſque conſuluerunt. Et quamuis pauci etiam Græci ob eandem cauſam parum Syriacum textum citarint: eum tamen plurimi Syri auctores; & Sancti Patres, auctoritate doctrina, ac ſanctitate Græcis nequaquam inferiores, docte, & enucleate interpretati ſunt: in homilijs, ſermonibus, & concionibus, vſurparunt; & denique ſemper in ore habuerunt; inter quos, vt reliquos ſileam, eſt doctiſſimus, ac ſanctiſsimus Doctor Iacobus Syrus; qui multa in ſcripturā edidit Commentaria. Et ille alter vt (ait S. Greg. in vita eius) Patrum optimus Eccleſiæq. doctor clariſsimus, Magnus Aphrem, qui teſte eodem S. Gregorio Nyſſeno, & alijs, omnē, & antiquā, & nouā Scripturam aſsiduo ſtudio, vt quiuis alius ſtudioſe verſauit, accurateq. ad verbum eſt interpretatus, & ab ipſa procreatione mundi vſque ad poſtremum Gratiæ librū, quæ abdita, quæq. arcana, ac recondita erant, ſpiritus adiutus lumine Commentarijs illuſtrauit. Quæ omnia in Oriente extant apud Syros, & tamen nihil fere ex illis habet Occidentalis Eccleſia, non ob aliā cauſam, niſi quia pauci admodum Latini, Latinam linguam cum Syriaca coniunxerunt. Et quamuis etiam S. Hier. litterarum, & linguæ Syræ ignarus fuiſſe à Gennadio, vt refert VVid. Ex eo deprehenda-

turi

tur; quod in Cathalogo Eccleſiaſticorum Scriptorum S. Iacobum Niſibenæ ciuitatis
Epiſcopum, egregiũ Syrum Scriptorem in linguam Græcam nondum conuerſum, atq.
iccirco ignoratum ab eo ſilentio prætermiſerit; in prædicto tamen Cathalogo non ſa-
tis obſcuræ ſacræ Scripturæ Syriaca lingua editæ meminit, cum ſic de Aphrem ait.
Aphrem, Edeſſenæ Eccleſiæ Diaconus, multa Syro ſermone compoſuit: & ad tantam
venit claritudinem, vt poſt lectionem Scripturarum (ideſt lingua Syriaca editarũ)
publice in quibuſdam Eccleſiis eius ſcripta (vt nunc etiam maxime apud Maroni-
tas in officijs diuinis) recitentur. Hanc præterea a noui teſtamenti Syriaco textu cõ-
moditatẽ percipi poſſe arbitratur VVidmãſt. quod Syriaca illa dicendi formula Chri
ſto Domino, Apoſtoliſq. gentilitia, in Græcis, Latiniſq. auribus, etiam nunc peregri-
na quodammodo, multã Latinis hominibus iucunditatem, atque lumen ad multorũ
locorum Catholica ſenſa enudanda præcipuũ ſit allatura. Adeo enim palæſtinũ il-
lud dicendi genus in ſacris litteris quacunque lingua promulgatis implicatum inſi-
det; vt Marcus Euangeliſta, (quem Syri Latina lingua in ſcribendo ſuo Euangelio v-
ſum fuiſſe affirmant) non magis Latine, aut Lucas, & Ioannes Græce ſcripſiſſe, quam
vel P. Terentius Apher comœdias ad Punicæ, vel Iudæus Philon ſcripta ſua ad He
braicæ dictionis normam direxiſſe videantur. Hæc in præſentia ſatis ſint de vtili-
tate editionis Chaldaicæ. ſiue Syriacæ linguæ. Ex quibus etiam colligitur, quam te-
mere de ea quidam effutiant. Per editionem autem Chaldaicam, ſiue Syriacam non
intelligimus eam, quæ Paraphraſis Chaldaica appellatur; ſed illam, quam ab initio
rerum Chriſtianarum Syri habuerunt atque ad hæc vſque tempora retinent; publi-
ceq. vt dictum eſt, in Eccleſiis vſurpant. Secundo Chaldaicæ linguæ cognitio non
ſolum eſt vtiliſſima ad multa loca defendenda in editione Latina, quæ Occidentis
hæretici corrupta, ſeu deprauata eſſe aſſerunt; cum ſint emendatiſſima, & antiquiſſi-
mo Syriaco textui maxime conformia: Verum etiam ad probandum, ieiunia, abſti-
nentias, venerationem crucis & aliorum, memoriam ſanctorum, frequentes oblatio-
nes, ſeu Miſſarum celebrationes, preces pro defunctis, diuinorum officiorum recitan-
dorum conſuetudinem, & alia eiuſmodi, quamplurima, quæ hæretici, tanquam no-
uus Romani Pontificis traditiones deteſtantur: eſſe antiquiſſima, & in Eccleſia etiam
Syriaca ab Apoſtolorum temporibus huc uſque retenta, & conſeruata, vt videre eſt
tum in ſectionibus capitum textus Syriaci, tum etiam in Breuiarijs, librisque diuino-
rum Officiorum Maronitarum, atque aliorum Syrorum, tum denique id clare cõſtat,
ex tam antiqua, ac perpetua prædictarum rerum in dicta Eccleſia ſummo omnium
conſenſu exercendarum conſuetudine; ut Syriacæ linguæ peritus aperte ex eius Ec-
cleſiæ libris intelliget. Tertio Sancta Romana Eccleſia, omnium Eccleſiarum ma-
ter, ac magiſtra debet omnes hæreſes, præſertimq. præcipuas, quæ magis uigent, con-
futare. At excepta natione Maronitarum, (quæ ſe Romanæ Eccleſiæ ſemper dedi-
tiſſimam fuiſſe profitetur, atque hoc certo Dei iudicio, ac beneficio factum eſſe uide-
tur, qui noluit omnino fidem Chriſtianam Catholicam in iis ſanctis locis extingui, in
quibus primo incœpit.) Reliqui fere omnes Orientales, qui hac utuntur lingua, ſunt
hæretici. Vel enim Neſtorium, uel Dioſcorum, ſeu Eutichetem, & alios impios, ac ſce
leratos in ſacroſanctis Concilijs condemnatos hæreticos conſectantur. Hi autem nul-
la ratione ſine lingua Syriaca confutari, conuincique poſſunt. Imo ſunt plurimi, qui
contra ſacroſancta Concilia, Chalcidonenſe, Epheſinum &c. Atque adeo contra uni-
uerſam Eccleſiam Catholicam nefandas ſuas hæreſes defendendo, tam impie ſcripſe-
runt,

runt, vt cum illorum peruoluo ſcripta, licet mirum in modum ad eorum ſcripta, ſcriptis pariter confutanda, atque explodenda meus commoueatur, & accendatur animus: tamen admirari ſatis non poſſim quomodo à Latinis Catbolicis, qui ſcriptis ab hæreticis vinci, non patiuntur, non ſint, non dico confutata, ſed omnino extincta. Cuius rei cauſam aliquantulum mecum ipſe conſiderans, nullam aliam præter hominũ linguæ Syriacæ in Eccleſia Romana peritorum penuriam reperire potui. Quod optime conſiderans ſummus, atq. optimus Pontifex Clemens quintus toto Concilio Vienenſi approbante ſtatuit, vt habetur. lib. 5. tit. 1. de mag. c. 1. Vt vbicumq. Romanam Curiam reſidere contigerit, necnon in Pariſ. & Oxen. Bon. & Salamantino ſtudijs erigerentur ſcholæ, in his tribus linguarum generibus, Hebraicæ, Arabicæ, & Chaldææ; ibique ſtipendia competentia, ac ſumptus huic rei neceſſarios decernit; & multa alia dicit, quibus oſtendit, quam vtilis ſit, ac neceſſaria Eccleſiæ ſanctæ huiuſmodi linguarum cognitio. Quarto, Chaldaicæ, ſeu Syriacæ linguæ cognitio eſt maxime vtilis, & neceſſaria ijs præſertim, qui linguam Hebraicam, vel diſcere volunt, vel profitentur. Nam cum non ſolum libri Eſdræ, ac prophetia Danielis magna ex parte, vt dictum eſt Chaldaice ſcripti ſint; Verum etiam omnes fere Hebræorum interpretationes, Rabbinorumq. Commentaria, ac ſcripta, & tandem, ſi ſacram Scripturam excipias, quidquid iam longo tempore ab Hebræis ſcriptum eſt, quaſi æque reſipiat Chaldaiſmum, atque Hebraiſmum, nemo ſine lingua Chaldaica, Rabbinos, Hebræorumq. auctorum ſcripta, & interpretationes recte, ac perfecte intelligere poterit, nec perfectam linguæ Hebraicæ cognitionem habebit, vt ipſimet linguarum periti vna voce fatentur. Quinto, Chaldaicæ, ſiue Syriacæ liguæ ſciẽtia eſt vtiliſſima ad quãplurimos Aſtrologiæ, Mathematicæ, Philoſophiæ, Theologiæ, reliquarumq. omnium ſcientiarum, ac facultatum libros legendos; & ad quamplurima alia cuiuslibet generis hiſtoriarum antiquiſſima, omniſq. eruditionis pleniſſima, peruoluenda monumenta. Ex quarum rerum cognitione, quam maximam ſtudioſorum animus percipere ſolet voluptatem. Accedit quod, ſi ſapientiæ amor, & tam ligatæ, quam ſolutæ orationis ſuauitas, ac ſplendor ad Græcam linguam addiſcendam ſtudioſos impellere ſolent; quanto magis hæc eadem ad linguam Chaldaicam perdiſcendam eorum animos, accendere debent? quandoquidem illam Græcorum ſapientiam, cuius inflamantur amore, a Chaldæis, tanquam a ſonte dimanaſſe docent, tum alij, tum præcipue Eugub. lib. 1. de Perẽni Philoſophia. c. 1. Vnde nõ deſunt, qui Ariſtotilẽ (de cuius doctrina tantopere Græci gloriantur) tantam rerum cognitionem, quam ſuis in libris poſteritati reliquit, ex Chaldæorum, Hebræorumq. libris Alexandri Magni ſui diſcipuli iuſſu, vndiq. collectis, expilaſſe, ſubq. ſuo nomine ſupreſſis aliorum auctorum nominibus, verſute edidiſſe aſſeueranter affirment. Praeterea ſolos Chaldæos eſſe ſapientes ipſius Græciæ oraculum cum à quodam conſuleretur, quos tandem homines religioni deditos aliquando eſſe contigiſſet, reſpondiſſe ex eorundem teſtimonio ſcribit Iuſt. Martyr, & Philoſophus. in Oratione Paræn. ad gentes. Reſponſum autẽ illius oraculi his verſibus continetur.

Solis Chaldæis ſapientia ceſſit: Hebræi
Ingenitum regem mente, Deumq. colunt.

Non ſolum autem Græci ſapientia, ſed etiam ſermonis elegantia, ſentẽtiarumq. grauitate, ſunt Syris inferiores. Nam ſanctiſsimus Iacobus; & Magnus Aphrem (vt reliquos taceam,) ita in copioſe, ornate, ſapienter, grauiterq. dicendi genere, tam in ſo-

luta,

luta, quam in ligata oratione excelluerunt, vt non ſolum præſtantiſsimos Scriptores Græcos ſuperauerint; Verum etiã ad ſui admirationẽ, quam maxime eos commo uerint. Et quidem de Magno Aphrem. (vt de S. Iacobo, qui ſi ipſum Aphrem non ſuperat, æquat tamen, taceam.) Audi quid inter alia dicat Sozomenus. lib. 3. hiſt. Eccleſ. c. 15. Hic (inquit) diſciplina monaſtica vitam inſtituens, cum neque a quoquam didiciſſet, neque expectaret ſe talem euaſurum, de repente in linguæ Syriacæ peritia tantum profecit, vt ſumarum Philoſophiæ præceptionum intelligẽtiam adeptus ſit, & non ſolum facilitate, ac ſplendore orationis, ſed etiam ſententiarum crebritate, atque ſapientia Græcos Scriptores, facile præſtantiſsimos ſuperauerit. &c. Et Nicephorus Calliſt. lib. 9. c. 16. Eadem (inquit) hac ætate, & Ephræm Syrus præclarus fuit, qui quidem longo interuallo omnes præceſsit, & breui tantum in lingua Syrorum, cũ quidem eam prius ab alijs non didiciſſet, neque ſpecimen aliquod, aut ſpem talem eũ fore, præbuiſſet, profecit, vt cum pietatis exercitio ad ſummum contemplationis peruenerit, tum ſplendore, facilitate, & ſuauitate verborum, nec non denſitate, & grauitate ſententiarum, etiam præclariſsimos quoſque Græcorum, qui eloquentia antiquitus excelluiſſent, ſuperauerit &c. Et poſtea ſubdit. Quamobrem Magnus ille, & Oratione, & virtute Baſilius, qui Cappadocum Metropolim Epiſcopatu ſuo exornauit, ſummopere virum eſt admiratus, eundemq. eruditionis nomine beatum cenſuit. Vt tanti viri tam certo teſtimonio manifeſtum ſit, communiter quoque a Græcis, qui tum clarum in eloquentia obtinuere nomen, præſtantiſsimum omnium Ephræm iudicatum eſſe. &c. Ex quibus conſtat, ſi ſtudioſi, ſapientiæ amore, eloquentiſsimorumq. Scriptorum præſtantia, ad linguam Græcam addiſcendam alliciuntur; quanto magis iiſdem ad linguam Chaldaicam, ſiue Syriacam arripiendam, rapi debeant? Poſtremo, vt quamplurimis huiuſce linguæ ſuperſedeam vtilitatibus, illud omnes ſtudioſos Chriſtianos, præcipueq. pios, & religioſos ad hanc linguam adipiſcendam, quam maxime inflammare debet; ſcilicet ea lingua loqui, qua ipſe Chriſtus Dominus, & ſanctiſsima Virgo Maria mater eius, loquuti ſunt; ea legere nomina: iis denique fruendo vti vocibus, quas ſacratiſsima eorum ora proferendo conſecrarunt.

PETRI

PETRI VRETAE BVRGENSIS Theologi, in Grammaticam Chaldaicam eruditiſsimi viri Theologi Georgij Amiræ Edenienſis è Monte Libano, Epigramma.

AVcta tibi placidæ veniunt iam dona Mineruæ,
Otia nam ſemper hæc tibi, Roma, placent.
Scilicet antiquæ & tam caſtæ dogmata linguæ,
Qua potes ad fontes ire benigna ſacros.
Nam prius illa fuit patribus notiſſima, ſic &
Vulgaris Chriſto diſcipuliſque ſuis.
Montis odoriferi tibi portat munus eoum,
Ipſe dat optatas delitiaſque liber:
Arboribus nemorum gaudet Maronitica tellus,
Frugibus, & gemina vite Lyæe tua:
Ruris honos, cedri ſimul, ac durantis oliuæ,
Quæque ſua ſanctus perfluit amnis aqua.
Hæc multos olim peperit facundia doctos,
Ad cæli motus, ſidereaſque vices.
Georgius vnde tuus venit: multoſque per annos
Doctus erat ſacris clarius in ſtudijs.
Natus nobilium clara de ſtirpe parentum
Prominet, & tota notus in Vrbe ſonat.
Hoc ſatis eſſe putat; ſed ſæpe rogatus amicis
Omnia quàm doctè perficit, atque docet.
Hinc iam Carpe nouos fructus, Romana iuuentus,
Talibus ingentes accumulabis opes.

EIVSDEM AD LECTOREM:

HAec ſunt facundæ pulcherrima commoda linguæ,
Quod cupis & nitidum, maxime lector, opus.
Nec ſtuduit tibi Chaldæas exponere voces
Quis melius, nec quo pulchrius ante dedit.
Exatam dices hanc viſam protinus artem,
Quà facilem nobis reddit Amira viam.
Omnia fronte tamen, ſi legeris iſta, ſerena,
Hic erit vtilitas, lux noua, forma, modus.

GEORGII AMIRAE
SYRI EDENIENSIS
E LIBANO.
GRAMMATICAE
LINGVÆ CHALDAICAE
SIVE SYRIACAE
Liber primus.

DE LITTERIS CHALDAICIS, SEV Syriacis, & de earum diuiſione.

CAPVT PRIMVM.

TRIPLEX potiſsimum litterarum ſpecies, apud Chaldæos, ſeu Syros communiter reperitur; quarũ quidem meminit Grammaticus quidam Syrus, nomine Dauid, Pauli filius in ſuis quibuſdã notationibus in Grammaticam. Prima dicitur ܐܣܛܪܢܓܠܐ eſtranghelo; a qua non multum diſtat ea characteris ſpecies, qua vtuntur Neſtoriani, & nonnulli, natione quidem Græci (ſeu vt communiter in Syria appellantur) Melchitæ: idiomate vero pſeudochaldæi, ſeu Arabes. Secunda autem dicitur ܦܫܝܛܐ fscitto, ideſt, ſimplex, vel ܣܪܛܐ ſertto, ideſt, linea, ita au-

tem dicitur, quia ſimplicibus lineis pingitur. Tertia poſtremo nuncupatur ܥܨܝܦܐ ecſifo, ideſt, duplicatus, & ſolet a quibuſdam dici ܡܫܬܪܝܢܐ meſſttariono, ſciſſus, quia videlicet duplicatis, & quaſi in medio ſciſsis ſcribitur lineis; vt in tabella Alphabetica patet.

Prima litterarum ſpecies putatur omnium antiquiſsima, ac proinde omnibus nationibus, quæ Chaldaicum vſurpant idioma, eſt communis. Secunda eſt recentior, & a prima dimanauit, eaq. multo eſt facilior ſcriptu, quo fit, vt ſit maxime in vſu, tum apud Orientales alios, tum apud Catholicam, Romanæq. Eccleſiæ ſtudioſiſsimam, Maronitarum nationem. Tertiam demum in libris antiquiſsimis non vidi, ea tamen in titulis ſcribendis, vel breui aliquo dicto, ſeu epigrammate Chaldaico, non ſemel a recentioribus vſurpatur; & facit potius ad ornamẽtum (præſertim cum varijs coloribus decoratur) quam ad neceſsitatem. Subijciamus ergo tabellam, in qua ſingulorum characterum ſpecies ſuo ordine conſpiciantur.

Tabella indicans ſingulas Chaldæarum litterarum ſpecies, earumq. figuras, poteſtates, ac nomina.

Nomen		Poteſtas	Simplex	Duplicatus	Neſtorianus	Eſtrághelo
Aleph	ܐܠܦ	A	ܐ	ܐ	ܐ	ܐ
Beth	ܒܝܬ	B	ܒ	ܒ	ܒ	ܒ
Gomal	ܓܡܠ	Gh	ܓ	ܓ	ܓ	ܓ
Dolath	ܕܠܬ	D	ܕ	ܕ	ܕ	ܕ
He	ܗܐ	H	ܗ	ܗ	ܗ	ܗ

Vau	ܘܰܘ	V	ܘ	ܘ	ܘ	ܘ
Zain	ܙܰܝܢ	Z	ܙ	ܙ	ܙ	ܙ
Hheth	ܚܶܝܬ	Hh	ܚ	ܚ	ܚ	ܚ
Tteth	ܛܶܝܬ	Tt	ܛ	ܛ	ܛ	ܛ
Iud	ܝܽܘܕ	I	ܝ	ܝ	ܝ	ܝ
Kof	ܟܳܦ	K	ܟ	ܟ	ܟ	ܟ
Lomad	ܠܳܡܰܕ	L	ܠ	ܠ	ܠ	ܠ
Mim	ܡܺܝܡ	M	ܡ	ܡ	ܡ	ܡ
Nun	ܢܽܘܢ	N	ܢ	ܢ	ܢ	ܢ
Sēkath	ܣܶܡܟܰܬ	S	ܣ	ܣ	ܣ	ܣ
Ee	ܥܶܐ	Aa	ܥ	ܥ	ܥ	ܥ
Fe	ܦܶܐ	F	ܦ	ܦ	ܦ	ܦ
Sſode	ܨܳܕܶܐ	Sſ	ܨ	ܨ	ܨ	ܨ
Qof	ܩܳܘܦ	Q	ܩ	ܩ	ܩ	ܩ
Riſc	ܪܺܝܫ	R	ܪ	ܪ	ܪ	ܪ
Scin	ܫܺܝܢ	Sc	ܫ	ܫ	ܫ	ܫ
Tau.	ܬܰܘ	T	ܬ	ܬ	ܬ	ܬ

De harum litterarum nominum ſignificatione.

CAP. VT SECVNDVM.

Litteras Chaldaicas habere nomina, quæ aliquid ſignificēt, perſpicuum eſt; cur autem talia nomina obtineant, licet non ita clarum ſit, poteſt tamen aliqua ratio ducta ab ethimologia nominis, ſeu ab ipſius litteræ ſono aſsignari; quare vt id pateſiat, incipiamus a prima littera.

ܐܠܦ Aleph, tria poteſt ſignificare, vel enim eſt quaſi ܐܠܦ elaf, ab ܐܠܦܐ elfo. i. nauis, vel quaſi ܐܠܦ olef, ab ܐܠܦܐ alfo, ideſt, mille, vel ܐܠܦ alef, a verbo ܐܠܦ alef, ideſt, docuit; ita forte dictum, vel quia nauis ſimilitudinem imitatur, vel quia milleſimus numerus eo ſignificatur, vel certe, quia omnis, qui linguam aliquam docuit, vel doctus eſt, ab hac littera docere, ſeu doceri inchoauit.

ܒܝܬ Beth, ideſt, domus, quaſi domui ſimilis. ܒܝܬܐ baito enim domum ſignificat, per contractionē deinde fit ܒܝܬ beth.

ܓܡܠ Gomal, quaſi ܓܡܠ gmal, per contractionem fit a ܓܡܠܐ gamlo, ideſt, camelus, propter gibboſam, & oblongam, quam habet proceritatem, ita appellatur.

ܕܠܬ Dolath, quaſi deſcendit, ܕܠ dol enim inter alia ſignificat deſcendere, a quo deinde deriuatur ܕܠܬ:

ܗܐ He, vel quaſi ܗܐ ho, ideſt, ecce, ſuum quodammodo indicans ſonum, vel a ſono proprio ſic dicitur.

ܘܘ Vau, a ſono proprio accipit nomen.

ܝܘ

ܙܝܢ Zain, ideſt, arma, ܙܝܢܐ zaino enim arma ſignificat, a quo per contractionem fit ܙܝܢ zain, eãdem retinens ſignificationem ſicut cetera contracta, ita dictum videtur, quòd pugionis, vel alterius inſtrumenti bellici ſimilitudinẽ ex parte referat.

ܚܝܬ Hheth, vel a ܚܬܐ hhotho, ideſt, ſoror, quaſi per illa duo paruula ſigna, in eadem linea ſimul iuncta, affinitatem, ſimilitudinemque vnam indicat, vel a ܚܝܬܐ hheto, ideſt, Aloe, quaſi cum illud pronunciamus amaritudine aliqua afficimur, vel a ܚܬܐ hhetho, ideſt, pons columnis innixus, quia pontis ſpeciem ex parte oſtẽdit. nam illa duo ſigna videntur vt columnæ, quibus linea alia tamquam pons ſuſtentatur; vel quaſi ܚܝܬ hhaiat, a ܚܝܘܬܐ hhaiuto, ideſt, vita, vel demum ܚܝܬ a ܚܝܬܐ .i. viua, quòd viua quadam voce exprimitur.

ܛܝܬ Tteth, a ſuo ſono dictum eſſe videtur.

ܝܘܕ Iudh, a ܝܘܕܐ iudho per contractionem, ſignificat puerum. quia ſicut puer inter homines, ita hoc elementum inter litteras paruum reputatur.

ܩܘܦ Kof, ſcilicet curuatus eſt, quòd videlicet lineolam ſuperiorem circundatam, curuatamq. habeat.

ܠܡܕ Lomadh, quaſi ܠܡܕ lamedh, quod ſignificat coniungere, copulare, cõſequi, quòd duabus lineis quodã ordine in principio ſe inuicẽ copulantibus, atq. conſequentib. conficitur.

ܡܝܡ Mim, a ſono proprio videtur eſſe nominatum.

ܢܘܢ Nun, a ܢܘܢܐ Nuno, ideſt, piſcis, quia piſcis ſimilitudinem

nem (præſertim cum eſt in fine) indicat.

ܣܡܟܬ Semkath, a fulciendo dicitur, quaſi munitum, & vndique fultum, ܣܡܟ Smach enim fulcire ſignificat.

ܥܐ Ee, vel a ſono proprio ſic appellatur, vel certe a nomine ܥܩܬܐ ceto deſumitur, quod ſignificat ſuppreſsionem, quia videlicet guttur ſuppreſsionẽ aliquã in ipſius formatione pãtitur.

ܦܐ Fe, quaſi ܦܐܐ fe, a ܦܐܝܐ faio, ideſt conueniens, decorus, quaſi decentem, decoramq. figuram habens.

ܨܕܐ Sſode, a ܨܝܕܐ Sſaido, ideſt, piſcatus, ſic nuncupatur, quia eſt perſimile hamo piſcatorio.

ܩܘܦ Qof, a ܩܘܦܐ qufo, ideſt, ſimia, vel her inaceus, quòd eius formam, præſertim cùm ſeſe in globum componit, habeat.

ܪܝܫ Riſc, per contractionem a ܪܝܫܐ Riſcio, ideſt, caput, quòd nonnullam cum illo habeat ſimilitudinem.

ܫܝܢ Scin, a ܫܢܐ ſceno, dens, quod dentis figuram habet.

ܬܘ Tau, ideſt, venite, quaſi ad illud, cetera elementa tamquã ad finem, & terminũ veniant, & hic eorũ numerus deſinat. Ex quibus conſtat elementorum nomina aliquid ſignificare, ſed rationem, cur id potius, quam aliud ſignificent, vt diximus, non eſt facile inueſtigare.

De numero harum litterarum.
CAPVT III.

LItteræ, quibus vtuntur Chaldæi, ſunt duæ, & viginti ſupra a nobis ſuo ordine enumeratæ, cur autem hoc potiſsimum numero ſint contentæ, variæ a varijs redduntur rationes apud

Dauid

Dauid Grammaticum, ſupra citatum. Primum enim apud ipſum Epiphanius Cyprius videtur dicere viginti & duas fuiſſe cõſtitutas, quia datæ ſunt patribus illis primis, vſq; ad Moyſen, in ſigna futuras, ſcilicet eſſe viginti & duas generationes. Alij autem aiunt fuiſſe conſtitutas, iuxta numerum operũ Dei, quæ ſex dierum ſpatio procreauit; vnde aſſerunt quaſdam litteras in tabella in ſcribendo duplicari, quaſdam vero non item; quia videlicet, quædam ex illis operibus, compoſita fuerunt vt corpora animantium, & alia; quædam vero non, vt cælum, &c. Alij aliter; Ego vero, vt hæc, & ſimilia omittam, exiſtimo tot Chaldaicas litteras fuiſſe conſtitutas, quot auctor cognouit eſſe neceſſarias ad linguæ a ſe conſtituendæ voces exprimẽdas, & ita etiã iuxta varietatẽ organorũ humani corporis, ac multiplicitatem, varias, ac multiplices conſtituit: vt inferius dicetur.

De diuiſione, pronunciatione, & ordine ipſarum litterarum.

CAPVT IIII.

PRætermiſsis ceteris, quæ minus neceſſaria videntur, prædictæ litteræ ſecundum numerum, & diuerſitatem organorum: quibus homo ad formandas voces vtitur, in quinque claſſes diſtribuũtur; quædã enim dicuntur ܓܓܪܝܬܐ gagroiotho, ideſt, gutturales, quia dum proferuntur adminiculo gutturis potiſsimum egent: quæ ſunt ܐ ܗ ܚ ܥ. quædam vocantur ܕܚܟܐ dhheko, ideſt palati; quæ ſunt ܓ ܝ ܟ ܩ. quædam ܕܠܫܢܐ dleſciono, ideſt linguæ, quæ ſunt ܕ ܛ ܠ ܢ ܬ; quædam ܕܫܢܐ dſcene, ideſt dẽtium, quæ ſunt, ܙ ܣ ܨ ܪ ܫ, quæ quidem, ſi ܪ excipias, a Chaldæis appel-

pellantur : ܡܨܪܩܢܝܬܐ maſcerqoniotho, ideſt, ſibilantes, quia dũ exprimuntur ſibilant; nominantur etiã ܪܘܚܢܝܬܐ ruhhonoiotho, ideſt, ſpirituales : quia cum quodã ſpiritu prolatæ exeunt ; quædam denique dicuntur ܣܦܘܬܢܝܬܐ ſefuothonoiotho ; ideſt, labiales, quod labijs potiſsimum eas pronũtiantes vtimur; & ſunt ܒ ܘ ܡ ܦ. Ex his autem litteris ſeptem mihi videntur a quamplurimis in Occidentis partibus, vel non proferri, vel certe male proferri : quare licet ſcriptis non poſsimus recte earum docere pronũciationem, cùm in hac re, multũ conducat viua vox; contẽdam tamen aſsignare ſaltem organa, quibus pronuntiantur, & aliquas ſimilitudines cuilibet notiſsimas, ex quibus ſonus earum, aliqua ratione cognoſcatur, quem cognitum rudi minerua (ſi quis poſsit) edat: ſin minus, ne deſperet diſcere linguam ; linguarum enim ſcientia, non in pronunciando, ſed in intelligendo præcipue conſiſtit : ad quod cetera omnia, tanquam ad ſcopum, & finem, quem vnuſquiſque diſcẽs intendit, ordinantur; quod ſi huiuſmodi finem, ſine exacta, & naturali litterarum pronunciatione quis conſequi poſsit, in for manda exacta pronunciatione, ne tempus conterat : ſed magna cura, ac ſtudio intelligere contendat. Hæ igitur litteræ, quæ paulo difficilius pronunciãtur, ſunt, ſi ܐ excipias, reliquæ tres gutturales, quæ a gutture, & linguæ radice proferũtur. ܗ enim reſpondet ſpiritui denſo Græcorum, & Latinorum aſpirationi, quæ optime Chaldæorum more a Germanis pronunciatur. ܚ eſt quaſi duplex aſpiratio, aliquanto lenius, profundiuſq. prolata: & ſonus ipſius illi ſimilis eſt, quẽ quis, vel frigore affectus, vel dolore concuſſus, vel aliquem quibuſdam voculis ad iram prouocans, ſeu commouens, edere ſolitus eſt. ܥ demum nullo modo in eius pronunciatione a naribus dependet, niſi velimus, cum illam proferre non poſsimus, aliquid a vero illius ſo-

no diſtans confingere. eſt igitur ſimilis vagitui illi ſeu ſono, quē vitulus abſente matre edere conſueſcit. ܩ præterea in medio linguæ, & palati tecto grandiori quodam ſono quam ܟ profertur; & eius ſonus ſimilis eſt voci gallīnæ, qua facto ouo canere ſolet. ܨ eſt quaſi duplex .ſſ. denſior enim aliquāto eſt, & plenior, quam ܣ. ܛ enim eſt quaſi duplex .tt. denſiori quodam ſono in ſummitate linguæ, adiuuātibus dentibus ſuperioribus exprimitur. ܟ porro molle prope linguæ radicē formatur; & reſpondet Χ Græcorum, & ſimili modo pronunciatur, quo .c. Latinum a quibuſdam Italis, præſertim illis, qui Florentiæ degunt, profertur. ܙ denique profertur vt z, ſi illud quod vt t. in z. ſonare videtur; dematur. Hic præterea monendum eſt litteram ܫ eodem modo ante omnes vocales proferri, quo s, & c, apud Latinos ante e, & i. cūm enim ſit vna, & ſimplex littera, vnum ſimplicemq. habet ſonum ante omnes vocales, quod quidem non accidit in ſ, & c, quæ quidem ante a, o, & u, vt duæ litteræ diſtinctæ, diſtincto modo pronuntiantur; ante e, vero, & i, vt vna littera vno modo exprimuntur. Cætera elementa eo plane modo, quo apud Latinos pronuntiantur; quòd ſi accuratius, & clarius harum litterarum pronuntiationem intelligere expetas; frequenta naturales Chaldæos & facili negotio, & melius viua voce ab his, quam ſcriptis a nobis omnia percipies. Ex dictis facile colligi poteſt, cur ita, & non alio modo, prædictæ litteræ ſint ordinatæ; nam vt bene aduertit Elias quidam Syrus in ſua Grāmatica, ſi iuxta ordinem organorum quibus proferuntur, & formantur ordinare velimus, ſic eſſent ordinandæ. ܐ ܗ ܚ ܥ ܓ ܝ ܟ ܩ ܕ ܛ ܠ ܢ ܬ ܙ ܣ ܨ
ܫ ܒ ܘ ܡ ܦ :

Sed ſapienter quidē primi Chaldæi, relicto naturæ ordine hac in re ordinē doctrinæ ſecuti has litteras ordinarūt: quod vt melius intelligatur, ſciendum eſt apud nos, tyrones poſtquam totam elementorum ſeriem didicerint, eadem ſuo quoque ordine

coniuncta,& inter ſe contexta diſcere eſſe ſolitos hoc modo.

ܐܒܓܕ ܗܘܙ ܚܛܝ ܟܠܡܢ ܣܥܦܨ ܩܪܫܬ : abgadh hauaz hhatti kalman ſaafas qarſciat. Et hoc fit tum,vt melius memoria ea retiñeant,tum etiã,vt pingui minerua litteras inter ſe connexas legere aſſueſcãt, vt ſibi deinde facilior ad difficiliora pateat acceſſus. Chaldæi igitur noluerunt litteras iuxta ordinem inſtrumentorum,quibus eduntur,ordinare; quia paulo difficilius erat legere Alphabetum, præſertim cùm litteræ,quæ difficilem habẽt pronunciationem ſimul concurrerent, vt vides in Alphabeto iuxta ordinem naturæ ordinato: & multo magis faſtidioſum erat, & iniucundum eas pronunciare ſimul iunctas, vt iuxta prædictum ordinem hic etiam coniunctas conſpicis.

ܐܗܚܥ ܓܝܟܩ ܕܛܠܢܬ ܙܣܨܪܫ ܒܘܡܦ : quas pronuntia,ſi potes. Vnde ſapientes Chaldæi vt huiuſmodi incommoda omnino euitarent ordinem prædictum contempſerunt, & eum,quo eas in exẽplis conſtituimus,excogitarũt;quo fit, vt ܐ ponatur in principio,quia eſt primum omnium in ſuo exitu: contra vero in ſecundo loco conſtituitur ܒ, cuius exitus eſt a labijs longe diſtans ab exitu ipſius ܐ. Sequitur tertio ܓ, cuius ſimiliter exitus diſtat ab exitu elementi ܒ. & ſic deinceps vnum elementũ ordinatũ eſt poſt aliud cũ diſtantia conſequentis a præcedẽti,vt,& facilius proferãtur,& mutuo quodam officio ſe inuicẽ adiuuẽt, vt dum vnius organũ in proferendo laborat, alterius quieſcat; dum vero vnius quieſcit,alterius laboret.

De ſimili, vel diſſimili figura, & ſono litterarum.

CAPVT V.

VT melius adhuc litteræ cognoſcantur, & ne inter legendum,vel audiendum,vnam pro alia accipiamus; ſciendũ eſt

eſt quaſdam litteras habere figuram quaſi ſimilem, ſonum vero diuerſum, & ſunt iſtæ.

ܕ	ܠ	ܒ	ܐ
ܪ	ܢ	ܟ	ܙ

Quarum litterarũ diſcrimen facile diſcernes, ſi ipſas litterarum lineolas, vel puncta inſpicias; ܙ Zain enim breuiorem habet lineolam, quam ܐ Aleſ. ܟ Kaf autem fit tractu magis circumducto, & obtuſo, quam ܒ Beth. ܢ Ee præterea habet breuiores lineolas, quam ܠ Lomadh. ܪ Riſc denique habet punctum ex parte ſuperiori; contra vero ܕ Dolath ex parte inferiori. Quaſdam vero figuram diuerſam, ſonũ vero aliquo modo ſimilem, & ſunt iſtæ.

ܟ	ܛ	ܫ	ܗ
ܣ	ܬ	ܝ	ܘ

De quibus ſupra diximus.

Sciendum etiam eſt, quaſdam litteras iuxta duplicia puncta illis in vario ſitu appoſita habere duplicem ſonum varium: quæ his duabus vocibus continentur; ܟܦܬ ܒܓܕ bghodh kfoth. nimirum ܬ ܦ ܟ ܕ ܓ ܒ; ſi enim habeant punctum ex parte ſuperiori, dicuntur ܡܩܫܝܬܐ mqaſciotho, ideſt, duræ, vel aſperæ; vt t, p, k, d, gh, b, ܬ ܦ ܟ ܕ ܓ ܒ: ſin vero ex parte inferiori nominãtur ܡܪܟܟܬܐ mrakchotho, ideſt molles; vt th, f, ch, dh, gh, vi: ܬ ܦ ܟ ܕ ܓ ܒ.

Hic aduerte primo pũcta litterarum, quæ duritie, mollitieq. afficiuntur, ſcriptores Syros, vt plurimum ſolitos eſſe ponere colore rubro; & merito quidem; quia cũ tot vndique ponantur puncta circa vocum litteras, confundetur quis in deſcernendis punctis lenibus, & aſperis ab alijs punctis; nos tamen, quia im-

B 2 preſſo-

preſſoribus faſtidioſum eſt ea ponere colore rubro, ponimus, vt vides, colore nigro, paruæ tamen figuræ vt ab aljis diſcernãtur.

Aduerte ſecũdo, Chaldæos non habere litteram, quæ proprie reſpondeat G latino; quia ipſi nullam habent vocem; quæ huiuſmodi litteram recipiat; quod ſi velint vocem aliquam externam, quæ eam litteram habeat, ſcribere, vtuntur ܓ habente in corpore punctum hoc modo ܓ̰ & ſic communiter nũc fit, præſertim cum linguam Arabicam characteribus Chaldaicis decoramus.

Aduerte tertio, litteras ܟ̣ & ܓ̣ cum punctis ex parte inferiori non habere aliquod elementum in Latina lingua ſibi reſpondens; ſed de ܟ̣ ſupra. ܓ̣ autem pronuntiatur grandiori quodam ſono, penes linguæ radicem; quãdo porro huiuſmodi litteræ punctis prædictis afficiendæ ſint, quãdo vero non, ſuo loco, adiuuante Deo, oſtendemus.

De modo numerandi iſtis litteris.

CAPVT VI.

Sciendum eſt Chaldæos, ſicut & alias gentes ſuis in numerãdo vti litteris; ܐ enim apud eos ſignificat vnum; ܒ duo, ܓ tria, ܕ quatuor, ܗ quinque, ܘ ſex, ܙ ſeptem, ܚ octo, ܛ nouem, ܝ decem. ܟ viginti, ܠ triginta, ܡ quadraginta, ܢ quinquaginta, ܣ ſexaginta, ܥ ſeptuaginta, ܦ octuaginta, ܨ nonaginta, ܩ centum. ܪ bis centum, ܫ ter centum, ܬ quatercentum. Cùm poſtea prædictis numeris aliquem minorem addere volunt, poſtponunt litteram minorem numerum ſignificantem, ſignificanti maiorem; vt ex ſubiectis exemplis intelligere potes; in quibus ſingulorum numerorum, vſque ad 400. exempla ponuntur.

	ܛ	ܚ	ܙ	ܘ	ܗ	ܕ	ܓ	ܒ	ܐ
	9	8	7	6	5	4	3	2	1
ܝܛ	ܝܚ	ܝܙ	ܝܘ	ܝܗ	ܝܕ	ܝܓ	ܝܒ	ܝܐ	ܝ
19	18	17	16	15	14	13	12	11	10
ܟܛ	ܟܚ	ܟܙ	ܟܘ	ܟܗ	ܟܕ	ܟܓ	ܟܒ	ܟܐ	ܟ
29	28	27	26	25	24	23	22	21	20
ܠܛ	ܠܚ	ܠܙ	ܠܘ	ܠܗ	ܠܕ	ܠܓ	ܠܒ	ܠܐ	ܠ
39	38	37	36	35	34	33	32	31	30
ܡܛ	ܡܚ	ܡܙ	ܡܘ	ܡܗ	ܡܕ	ܡܓ	ܡܒ	ܡܐ	ܡ
49	48	47	46	45	44	43	42	41	40
ܢܛ	ܢܚ	ܢܙ	ܢܘ	ܢܗ	ܢܕ	ܢܓ	ܢܒ	ܢܐ	ܢ
59	58	57	56	55	54	53	52	51	50
ܣܛ	ܣܚ	ܣܙ	ܣܘ	ܣܗ	ܣܕ	ܣܓ	ܣܒ	ܣܐ	ܣ
69	68	67	66	65	64	63	62	61	60
ܥܛ	ܥܚ	ܥܙ	ܥܘ	ܥܗ	ܥܕ	ܥܓ	ܥܒ	ܥܐ	ܥ
79	78	77	76	75	74	73	72	71	70
ܦܛ	ܦܚ	ܦܙ	ܦܘ	ܦܗ	ܦܕ	ܦܓ	ܦܒ	ܦܐ	ܦ
89	88	87	86	85	84	83	82	81	80
ܨܛ	ܨܚ	ܨܙ	ܨܘ	ܨܗ	ܨܕ	ܨܓ	ܨܒ	ܨܐ	ܨ
99	98	97	96	95	94	93	92	91	90
ܩܛ	ܩܚ	ܩܙ	ܩܘ	ܩܗ	ܩܕ	ܩܓ	ܩܒ	ܩܐ	ܩ
109	108	107	106	105	104	103	102	101	100

200

ܪܛ	ܪܚ	ܪܙ	ܪܘ	ܪܗ	ܪܕ	ܪܓ	ܪܒ	ܪܐ	ܪ
209	208	207	206	205	204	203	202	201	200
ܫܛ	ܫܚ	ܫܙ	ܫܘ	ܫܗ	ܫܕ	ܫܓ	ܫܒ	ܫܐ	ܫ
309	308	307	306	305	304	303	302	301	300
ܬܛ	ܬܚ	ܬܙ	ܬܘ	ܬܗ	ܬܕ	ܬܓ	ܬܒ	ܬܐ	ܬ
409	408	407	406	405	404	403	402	401	400

Sciendũ etiam eſt, quoniam prædictis litteris ſimpliciter non poſſumus numerare niſi vſque ad 400. vt patet ex exemplis poſitis: Sapientes Syros excogitaſſe quendam modum, quo etiam prædictis litteris poſsimus numerare omnes centeſimos, milleſimoſque numeros; necnon myriadas, quas Chaldæi vocant ܪ̈ܒܘܬܐ rebuotho. Nam, vt ſignificent varios centenos numeros, apponunt punctum ex parte ſuperiori his nouem litteris, ܩ̇ ܪ̇ ܫ̇ ܬ̇ ܟ̇ ܡ̇ ܢ̇ ܦ̇ ܨ̇ quorum prima ſignificat 100. Secunda 200. Tertia 300. Quarta 400. Quinta 500. Sexta 600. Septima 700. Octaua 800. Nona 900. Vt vero ſignificent varios millenos numeros ſubdunt litteræ ex parte inferiori, quandam lineolam uerſus dexteram hoc modo, ܐ 100. ܒ 200. Vt uero uarias myriadas, ſubſcribunt litteræ quandam lineolam ad latus, hac ratione; ܐ 10000. ܒ 20000. Sed ut hoc melius intelligatur ſubijciamus exempla prædictorum numerorum.

Nu-

Numerus centum.

ܩ ܩܐ ܩܒ ܩܓ ܩܕ ܩܗ ܩܘ ܩܙ ܩܚ ܩܛ

109 108 107 106 105 104 103 102 101 100

ܪ ܪܐ ܪܒ ܪܓ ܪܕ ܪܗ ܪܘ ܪܙ ܪܚ ܪܛ

209 208 207 206 205 204 203 202 201 200

ܫ ܫܐ ܫܒ ܫܓ ܫܕ ܫܗ ܫܘ ܫܙ ܫܚ ܫܛ

309 308 307 306 305 304 303 302 301 300

ܬ ܬܐ ܬܒ ܬܓ ܬܕ ܬܗ ܬܘ ܬܙ ܬܚ ܬܛ

409 408 407 406 405 404 403 402 401 400

ܟ̇ ܟ̇ܐ ܟ̇ܒ ܟ̇ܓ ܟ̇ܕ ܟ̇ܗ ܟ̇ܘ ܟ̇ܙ ܟ̇ܚ ܟ̇ܛ

509 508 507 506 505 504 503 502 501 500

ܡ̇ ܡ̇ܐ ܡ̇ܒ ܡ̇ܓ ܡ̇ܕ ܡ̇ܗ ܡ̇ܘ ܡ̇ܙ ܡ̇ܚ ܡ̇ܛ

609 608 607 606 605 604 603 602 601 600

ܢ̇ ܢ̇ܐ ܢ̇ܒ ܢ̇ܓ ܢ̇ܕ ܢ̇ܗ ܢ̇ܘ ܢ̇ܙ ܢ̇ܚ ܢ̇ܛ

709 708 707 706 705 704 703 702 701 700

ܦ̇ ܦ̇ܐ ܦ̇ܒ ܦ̇ܓ ܦ̇ܕ ܦ̇ܗ ܦ̇ܘ ܦ̇ܙ ܦ̇ܚ ܦ̇ܛ

809 808 807 806 805 804 803 802 801 800

ܨ̇ ܨ̇ܐ ܨ̇ܒ ܨ̇ܓ ܨ̇ܕ ܨ̇ܗ ܨ̇ܘ ܨ̇ܙ ܨ̇ܚ ܨ̇ܛ

909 908 907 906 905 904 903 902 901 900

Nu-

Numerus millium.

ܐ̗ܛ ܐ̗ܚ ܐ̗ܙ ܐ̗ܘ ܐ̗ܗ ܐ̗ܕ ܐ̗ܓ ܐ̗ܒ ܐ̗ܐ ܐ̗

1009. 1008. 1007. 1006. 1005. 1004. 1003. 1002. 1001. 1000

ܒ̗ܛ ܒ̗ܚ ܒ̗ܙ ܒ̗ܘ ܒ̗ܗ ܒ̗ܕ ܒ̗ܓ ܒ̗ܒ ܒ̗ܐ ܒ̗

2009. 2008. 2007. 2006. 2005. 2004. 2003. 2002. 2001. 2000

ܓ̗ܛ ܓ̗ܚ ܓ̗ܙ ܓ̗ܘ ܓ̗ܗ ܓ̗ܕ ܓ̗ܓ ܓ̗ܒ ܓ̗ܐ ܓ̗

3009. 3008. 3007. 3006, 3005. 3004. 3003, 3002. 3001. 3000

ܕ̗ܛ ܕ̗ܚ ܕ̗ܙ ܕ̗ܘ ܕ̗ܗ ܕ̗ܕ ܕ̗ܓ ܕ̗ܒ ܕ̗ܐ ܕ̗

4009. 4008. 4007. 4006, 4005. 4004. 4003. 4002, 4001. 4000

ܗ̗ܛ ܗ̗ܚ ܗ̗ܙ ܗ̗ܘ ܗ̗ܗ ܗ̗ܕ ܗ̗ܓ ܗ̗ܒ ܗ̗ܐ ܗ̗

5009. 5008. 5007. 5006. 5005, 5004. 5003. 5002. 5001. 5000

ܘ̗ܛ ܘ̗ܚ ܘ̗ܙ ܘ̗ܘ ܘ̗ܗ ܘ̗ܕ ܘ̗ܓ ܘ̗ܒ ܘ̗ܐ ܘ̗

6009. 6008, 6007. 6006, 6005, 6004. 6003, 6002, 6001, 6000

ܙ̗ܛ ܙ̗ܚ ܙ̗ܙ ܙ̗ܘ ܙ̗ܗ ܙ̗ܕ ܙ̗ܓ ܙ̗ܒ ܙ̗ܐ ܙ̗

7009, 7008, 7007, 7006. 7005, 7004. 7003. 7002. 7001. 7000

ܚ̗ܛ ܚ̗ܚ ܚ̗ܙ ܚ̗ܘ ܚ̗ܗ ܚ̗ܕ ܚ̗ܓ ܚ̗ܒ ܚ̗ܐ ܚ̗

8009, 8008, 8007, 8006, 8005, 8004. 8003. 8002. 8001. 8000

ܛ̗ܛ ܛ̗ܚ ܛ̗ܙ ܛ̗ܘ ܛ̗ܗ ܛ̗ܕ ܛ̗ܓ ܛ̗ܒ ܛ̗ܐ ܛ̗

9009. 9008. 9007. 9006. 9005. 9004. 9003, 9002. 9001. 9000.

Nume.

Numerus myriadum.


10004	10003	10002	10001	10000
10009	10008	10007	10006	10005
20004	20003	20002	20001	20000
20009	20008	20007	20006	20005
30004	30003	30002	30001	30000
30009	30008	30007	30006	30005
40004	40003	40002	40001	40000
40009	40008	40007	40006	40005
50004	50003	50002	50001	50000
50009	50008	50007	50006	50005

60004	60003	60002	60001	60000
60009	60008	60007	60006	60005
70004	70003	70002	70001	70000
70009	70008	70007	70006	70005
80004	80003	80002	80001	80000
80009	80008	80007	80006	80005
90004	90003	90002	90001	90000
90009	90008	90007	90006	90005
100004	100003	100002	100001	100000
100009	100008	100007	100006	100005
200004	200003	200002	200001	200000


200009	200008	200007	200006	200005
300004	300003	300002	300001	300000
300009	300008	300007	300006	300005
400004	400003	400002	400001	400000
400009	400008	400007	400006	400005
500004	500003	500002	500001	500000
500009	500008	500007	500006	500005
600004	600003	600002	600001	600000
600009	600008	600007	600006	600009
700004	700003	700002	700001	700000
700009	700008	700007	700006	700005

[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
800004	800003	800002	800001	800000
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
800009	800008	800007	800006	800005
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
900004	900003	900002	900001	900000
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
900009	900008	900007	900006	900005
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
1000004	1000003	1000002	1000001	1000000
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
1000009	1000008	1000007	1000006	1000005
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
2000004	2000003	2000002	2000001	2000000
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
2000009	2000008	2000007	2000006	2000005
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
3000004	3000003	3000002	3000001	3000000
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
3000009	3000008	3000007	3000006	3000005
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]
4000004	4000003	4000002	4000001	4000000

[illegible]



Cum porro Syri varia millia myriadum ſignificare volũt, ſubijciunt ad latus duas lineolas in principio quaſi concurrentes, in fine vero ab inuicem diſtantes ſic, & cum illis coniungũt numerum minorem ſignificatum litteris, eo modo, quo in præcedentibus exemplis factum eſſe perſpicitur, vt 10000001. 10000002. Sed ponamus exempla numerorum variorum millium myriadum.



Quan-

Quando vero varia millia millium myriadum indicare volũt, addunt duas lineolas litteris, quarum vna ſit ex parte ſuperiori, altera vero ex parte inferiori, hac ratione;  10000000000.

 20000000000. & ſic deinceps.

Denique cum volunt ſignificare partes rerum diuiſarũ (quas Latini vocant aliquotas) ſolent apponere litteris lineolam ex parte ſuperiori, hoc modo, ; ſed vt melius intelligatur, ſubijcienda ſunt etiam exempla, quæ illas indicent.



1/20	1/10	1/9	1/8	1/7	1/6	1/5	1/4	1/3	1/2	1/1



1/400	1/300	1/200	1/100	1/90	1/80	1/70	1/60	1/50	1/40	1/30

De vſu litterarum Chaldaicarum in ſcribenda lingua Arabica.

CAPVT VII.

His litteris Chaldaicis Arabes non vti per ſe clarum eſt; ipſi enim proprios habent characteres, de quibus conſule Alphabetum doctiſſimi, peritiſſimiq. Ioannis Baptiſtæ Raymundi; illis tamen omnes, & ſoli Chriſtiani in Orientis partibus vtuntur; rationem autem, cur potiſſimum characteres Syriacos idiomati Arabico applicuerint, iſtam eſſe puto. Nam cũ ipſi inter infideles reperirentur, & Arabica lingua, tam Chriſtianis,

nis, quàm infidelibus eſſet communis; & multa ſacra ad noſtram fidem, Chriſtianosq. ritus lingua prædicta, propter populum, qui illam ſolam nouit, ſcriberentur; iure excogitatũ eſt, vt hæc, & ſimilia Chaldaicis elementis, quorum infideles ſunt inſcij, exararentur. Accedit, quòd in eadem lingua multa contra eorum nefarios mores, fictamq. religionem ſcribuntur, quæ quidem ſi proprijs linguæ elementis conſcriberentur: magnum in Oriente diſcrimen Chriſtiana religio ſubiret. Itaque quidquid ſit, illud tamen certiſſimum eſt, linguam Arabicam nunc ſe habere ad Chaldaicam, vt Italicam ad Latinam; & ſicut Italica Latinis, ſic Arabica Chaldaicis communiter a Chriſtianis ſcribitur elementis; quamquam Arabica proprios (vt dictum eſt, habeat characteres; ex quo fit, vt non ſolum vtrumq. teſtamentum, & alij libri ſacri, ſed etiam Grammaticæ, dictionaria, carmina, & quamplurima alia ceterarum facultatum opera in eadem lingua compoſita, litteris tamen Chaldaicis conſcripta reperiantur. quare vt ſi quis liber ex ijs, qui præclara ſcientiaq. digna continent, ad nos deferatur, a nobis legi, intelligiq. poſſit, breuiter notanda ſunt quædam, quæ ab ijs, quæ de ceteris litteris diximus, parumper aberrant. Aduertendum igitur eſt, tres potiſſimum litteras habere Arabes; quibus carent Syri; ج videlicet, ض & ظ , ad quas ſupplendas tria puncta ſunt excogitata; quæ tribus litteris Syriacis, ſcilicet, ܓ ܙ & ܛ appoſita efficiunt, vt eadem habeant poteſtatem; nam ſi ponatur punctum in corpore ipſius ܓ ſic, ܓ̇ fit ج , quæ profertur vt G Latinum; vt ſupra dictum eſt, ſi autem ponatur in capite ܙ ſic, ܙ̇ fit ض : ſi vero ponatur in medio, ſeu corpore ipſius ܛ hoc modo, ܛ̣ fit ظ ; quæ duæ lingua, & dentibus concurrentibus, denſiori quodã ſono proferuntur. Vtuntur etiam Chriſtiani ijſdem vocalibus, quibus vtuntur Arabes; de quibus, quia & ad meum inſtitutum non faciunt: & prædictus auctor doctiſſime de illis agit, nihil attingo.

Ex

Ex dictis,& ex ipſis libris, quiſque facili negotio cognoſcere poteſt, quomodo prædictæ litteræ,cum ſimpliciter illis ad ſcribendum vtimur connectendæ ſint; & quænam in principio,& medio dictionis,quæ vero in fine ſint adhibendæ. Quædam enim ex ſuperiori parte tantum hoc modo connectuntur;

ܒ ܓ ܚ ܛ ܝ ܟ ܠ ܡ ܢ ܣ ܥ ܦ ܩ ܫ

Quædam ex his ex vtraque parte ſeiunctæ principio, medio, & fini deſeruiunt,quæ ſunt, ܐ ܪ ܗ ܘ ܙ ܨ ܬ ܕ

Quædam aliæ ex inferiori parte coniunctæ principio,ex vtraq; medio ancillantur, fini vero nunc ex ſuperiori parte iunctæ, nunc vero ſeiunctæ ſubduntur;vt ܟܟܟ ܠܠܠ ܡܡܡ

ܦܦܦ ܢܢܢ ܠܠܠ ܣܣܣ ܟܟܟ ܥܥܥ ܩܩܩ

quãquam ܠ & ܠ cũ fini ſeruiunt,ambas lineas vt plurimũ ſolent habere verſus ſiniſtrã tendẽtes ſic, ܠܠܠ ܠܠܠ. Item ܠ ex inferiori parte dupliciter cũ ܐ coniũgitur ſic ܠܐ vel ſic, ܠܐ. Præterea animaduertendum eſt, tres potiſſimum litteras in alphabeto ſcribi ſolere dupliciter hoc modo, ܟ ܡ ܢ quarum primæ in principio ex inferiori parte, in medio ex vtraque iunctæ collocantur,vt ܟܟ ܡܡܡ ܢܢ . Poſtremæ vero ſoli fini modo ex ſuperiori parte coniunctæ, modo diſiunctæ, vt paulo ante de alijs dicebatur, vbique ſubeſſe cernuntur,vt ܢ ܡ ܟ .

De litteris,quæ in vocibus quibuſdam ſcribuntur, & non pronuntiantur.

CAP. VIII.

EX prædictis litteris quaſdam ſcriptas in nõnullis vocibus reperiri,& tamen non legi,experiẽtia, & vſus ipſe edocet. Primo enim ܐ , & ܢ in pronomine ܐܢܐ eno,ego, ܐܢܬ at, tu,

tu, ܚܢܢ hhnan,nos, cum ſeruiũt præſenti ex antiquorum traditione ſcribuntur quidem, ſed legi non aſſolent, vt ܩܳܪܶܐ ܐ̱ܢܳܐ qoreno,lego ego, ܩܳܪܶܝܢ ܚ̱ܢܰܢ qorenan,legimus nos, leguntur ſine ܐ & ܚ ; ac proinde vtrobiq; prædictæ duæ litteræ quieſcunt: quamquam non ſum neſcius multos vtlibet, & fortaſsis non male legere ܐܢܐ, & ܚܢܢ ſeparatim,ac proinde proferre litteram ܐ, & ܚ in prædicto tempore; immo in carmine id ſæpe fieri eſt neceſſarium,ſed de his ſuo loco. Secundo ܘ in huiuſmodi nominibus non legitur vt ܥܺܕܬܳܐ ito, eccleſia. ܚܰܕܬܳܐ hhatho,nouus:licet in nomine ܚܰܕܬܳܐ hhdhato,noua, ܘ legatur. Tertio, ܐ in principio horum nominum legi non ſolet; ܐ̱ܚܪܺܢܳܐ hhrino,alius: ܐ̱ܚܪܺܬܳܐ hhritho, alia: ܐ̱ܚܪܳܝܳܐ hhroio, vltimus: ܐ̱ܚܪܳܝܺܬܳܐ hhroitho,vltima: ܐܚܝܳܢܳܐ hhiono,propinquus, ܐ̱ܢܳܫܳܐ noſcio,homo: huc quidam reuocant nomen ܪܳܐܙܳܐ rozo,myſterium: illud enim ſcribunt cum ܐ ante ܪ hoc modo ܐܪܙܐ ; ſed reuera huiuſmodi ſcribendi modus numquam mihi placuit; placuit tamen ſemper modus, quo illud ſcribunt doctiores quidam Maronitæ;hi enim non ponunt ܐ in principio ante ܪ ; ſed poſt ܪ ; & merito quidem, quia & in multis libris antiquis ita ſcriptum vidi; & ſi ita non ſcriberetur nulla ratione quoad ſcripturam differret a nomine ܐܰܪܙܳܐ arzo,cedrus. Quarto, ܗ in huiuſmodi nominibus non legitur, vt ܪܗܘܡܳܝܳܐ rumoio,Romanus: ܝܗܘܕܳܝܳܐ iudhoio,Iudæus; quo fit vt ſæpe ab illis reijciatur; item etiam in verbo ܝܗܰܒ iau, dedit;

dedit: & ſimiliter ܠ in verbo ܐܙܠ ezal, in quibuſdam perſonis occultatur, vt cum tractabimus de verbis anomalis, & defectiuis, fuſe explicabimus. Quinto, ܘ in huiuſmodi nominibus occultatur, vt ܫܘܕܘܝܐ ſciudhoio, promiſsio, ܫܘܙܒܐ ſciuzobo, liberatio, & in quibuſdam perſonis maſculinis numeri pluralis in præterito, & imperatiuo, cuiuſmodi ſunt ܐܟܠܘ echal, comederunt; ܫܒܩܘ ſciuaq, reliquerũt: ܐܟܘܠܘ achul, comedite; ܫܒܘܩܘ ſciuuq, relinquite, &c. ſed de his cũ agemus de verbo. Sexto, ܝ quieſcit tum in his vocibus ܐܬܡܠܝ ethmol, heri: ܡܢܬܡܠܝ mnothmol, nudius tertius: ܡܢܫܠܝ menſcel, ſtatim, repente, ex templo; tum in affixis vt dicemus, vt ܐܠܗܝ aloh, Deus meus: ܡܢܝ men, ex me; ܕܝܠܝ dil, meum; tum in quibuſdam perſonis fœmininis, numeri multitudinis, præteriti, & imperatiui, vt ſuo loco dicetur; verbi gratia, ܫܒܩܝ ſciuaq, reliquerunt illæ: ܫܒܘܩܝ ſciuuq, relinquite. Septimo, ܝ quieſcit in huiuſmodi vocibus; vt ܫܢܬܐ ſciato, annus; ܙܒܢܬܐ zuato, vice: ܡܕܝܢܬܐ mdhito, ciuitas; ܙܒܝܢܬܐ zuito, redempta: ܣܦܝܢܬܐ sfito, arca, ſeu nauis; & quidam dant huiuſmodi præceptum; quod videlicet tunc ܝ quieſcit, quando cadit ante ܬ duritie affectum; & ipſam litteram ܝ præcedit alia affecta, ܦܬܚܐ pthohho, ſcilicet, a, vel ܚܒܨܐ hhuoſo, ideſt, i; quo fit vt in his ܟܢܬܐ kantho, conſeruus, ſocius: ܫܘܫܢܬܐ ſciuſciantho, lilium, & in alijs huiuſmodi proferatur, quia litteram ܝ ſequitur ܬ molle; & ſimiliter

liter ܒ profertur, videlicet, quando antecedit illam ܪܒܨܐ ſloſſo, ideſt, u, vt ܠܟܢܘܫܬܐ luunto, in cenſum; ſed valeat hoc præceptum quantum valere poteſt. Item quieſcit & in his ܓܢܒܪܐ gaboro, gigas: ܐܬܓܢܒܪ ethgabar, factus eſt gigas, ſeu fortificatus eſt, & in hoc ܓܢܒ gheu, ideſt, latus, & refertur ad locum, vt ܥܠ ܓܢܒ ܛܘܪܐ al gheu tturo, ſupra latus mōtis. Nam cum ſignificat latus naturale corporis, ſcribitur ſine ܒ. & ܢ afficitur ܦܬܚܐ hoc modo, ܓܢܒܐ: & ita inter ſe differunt, & ſic alia generis eiuſdem.

De litteris, quæ non ſcribuntur, & proferuntur.

CAPVT IX.

SVnt quædam litteræ, quæ licet non ſcribantur, in quibuſdā tamen nominibus, vel neceſsitate metri, vel etiam ſine neceſsitate, ſed vſu quodam, proferuntur. Primo enim iſta particula ܫܬܐ ſcito, ſex, ſi habeat in principio vnam ex ܒܘܪܠ ideſt ܘ ܪ ܒ, aut ܠ ſemper legitur, ac ſi eſſet ibi ܐ affectū ܙܩܦܐ ideſt, ^, vt ܒܫܬܐ in ſex; ܠܫܬܐ ad ſex, &c. Sine autem his accidentibus in ſoluta oratione legitur ſine ܐ; at vero in carmine neceſsitate metri, non ſolum profertur cum ܐ in principio; ſed etiam ſcribitur; cum vero nulla eſt metri neceſsitas ſine ܐ legitur, & ſcribitur vt dixi; eodem plane modo ſe ha-

ſe habet ܦܢܩܝܬܐ ideſt, ſcheda, ſeu ſyngrapha, ſeu liber aliquis; & ܟܒܪ ideſt, forte, fortaſſe; quo diximus ſe habere ܦܢܝܬܐ; & his omnibus modis, quos diximus, prædictis vocibus vtitur ſanctiſsimus Aphræm, linguæ Syriacæ inſigne decus, & longe præſtantiſsimus poeta, cuius loca, ne ſim longus, omitto. Huc accedunt plurima nomina Græca, quibus interdum additur ܐ, interdum vero reijcitur; vt ſunt hæc, ܐܣܛܦܢܘܣ Eſtephanos, vel ܣܛܦܢܘܣ Stephanos; ܐܣܛܘܟܣܐ Eſtukſe, elementa; vel ܣܛܘܟܣܐ ſtukſe, &c. In quibuſdam alijs vocibus ſine vlla neceſsitate aliquæ litteræ leguntur; & tamen non ſcribuntur: vt ܡܛܠ mettul, propter; ܟܠ kul, omnis: leguntur ܘ, & ܛ ita, ac ſi ibi eſſet ſcriptum ܘ affectum ܚܘܪܐ ideſt, u, cũ tamen nõ ſit; & ſunt alia, quæ quiſque per ſe notare poterit.

De litteris quibuſdam, quæ interdum permutantur.

CAPVT X.

QVoniam interdum in nonnullis vocibus concurrunt aliquæ litteræ, quæ ſecundum propriam virtutem, uel poteſtatem, non ita facile, ſeu uenuſte proferri ſolent; factum eſt, vt vna illarum aliquo modo vt alia ſibi ſimilis, proferatur. Itaque ſi litteram ܙ u, g, immediate ſequatur ܬ molle, vel ܛ ſiue molle, ſiue aſperum, quaſi ܣ pronũtiatur, vt patet in his ܓܙܬܐ gheztho, lana; ܒܙܬܐ beztho, direptio. ܙܟܐ zcho, vicit. ܢܙܟܐ nezke, vincet. Et contra, littera ܣ vt ܙ ſi ſequatur illã ܕ, vel

ܗ, vel ܓ aſperum, vt ܚܣܕܐ hheſdo, contumelia, opprobrium; ܐܣܓܝ aſghi, multiplicauit, &c. Item ܓ aſperum, vt ܩ quoque aſperũ; ſi ſequatur ܬ molle; vt ܪܓܬܐ regtho, deſiderium; eodem modo ܥ in ܩ vt ܥܩܬܐ oqtho, triſtitia, ܥܙܩܬܐ ezqtho, annulus; & hæc collecta ſunt a quibuſdã Grammaticis, qui & multa alia dicunt de iſta litterarum permutatione, quæ meo iudicio tantum abeſt, vt ſermoni decus, vt dedecus potius afferant; quo fit, vt multi hac in re eorum documenta contemnant; hoc tamen tibi ratum, fixumq. ſit; litteram quotieſcumque poteſt facile, & ſine obſcœnitate ſecũdum propriam poteſtatẽ pronunciari, nullo modo in aliam eſſe permutandam; quidquid alij dicant. Sin vero contra, eſſe permutandã, vt vides in his vocibus ܥܘܗܕܢܐ uhdono, recordatio. ܥܗܢܐ ohno, conuenit, quadrat. ܥܗܕ ehadh, commemorauit, meminit, in quibus, quia litteram ܥ ſequitur ܗ, pronunciatur ܥ vt ܐ, & hoc maxime eſt in vſu; item in his ܒܘܝܐܐ buioio, cõſolatio. ܡܠܝܐܐ mloio, plenitudo. ܐܐܪ oiar, aer, &c. in quibus ܐ penultimum profertur vt ܝ & cet.

De litteris, per quas ſimiles voces ab inuicem differunt.

CAPVT XI.

Vt nihil, quod ſit neceſſarium, huic litterarum tractationi deſit; indicandæ ſunt litteræ, per quas quoad ſcripturã voces

uoces ſimiles ab inuicem differunt. Notandum igitur eſt quaſdam uoces differre per ܐ, quia uidelicet una habeat unum tantum ܐ: altera habeat duplex, ut uides in his ܡܳܐ mo, quid, ſeu quam, differt a ܡܳܐܐ mo, ideſt, centum. ܣܳܓܝܳܐ ſoghio, multiplicatur fœmina: a ܣܰܓܝܳܐܐ ſaghio, multus. ܛܰܡܐ ttama, fœdauit, a ܛܰܡܳܐܐ ttamo, fœdatus. ܥܶܙܐ ghezo, lana, a ܓܰܙܳܐܐ ghazo, theſaurus. ܛܶܒܳܐܐ ttebo, nunciatio: a ܛܳܒܳܐ ttouo, bonus, & cet. Quaſdam per ܒ, ut ܐܶܒܢܶܐ eune, ædificabo, ab ܐܶܒܒܳܢܶܐ euuone, fructus, ſeu fruges. Quaſdam per ܕ, quia uidelicet una habet ܕ; altera non item; ut ܚܰܕܬܳܐ hhatho, nouus: a ܚܶܬܳܐ hheto, aloe. ܥܺܕܬܳܐ ito, eccleſia: a ܥܶܬܳܐ eto, oppreſsio. Quaſdam per ܝ ut ܕܶܝܢ den, autem, a ܕܳܢ don, iudicauit. ܓܶܝܪ gher, enim: a ܓܳܪ gor, mœchatus eſt, ſeu adulteratus eſt. Quaſdã per ܠ ut ܓܰܠܠܶܐ ghale, fluctus, a ܓܶܠܳܐ ghelo, feſtuca. Quaſdã per ܢ ut ܫܢܰܬܳܐ ſciato, annus: a ܫܶܬܳܐ ſcito, ſex. ܙܘܰܢܬܳܐ zuato, uice: a ܙܶܘܬܳܐ zeuto, pix. ܓܰܢܒܳܪܳܐ gaboro, gigas: a ܓܰܒܪܳܐ gauro, uir. ܡܰܢܢܳܐ mano, manna: a ܡܳܢܳܐ mono, quid. Et quaſdam alias uoces, quæ lectione auctorum facile animaduertuntur. Ex dictis colligi poteſt iſtas litteras, per quas uocabula inter ſe diſcrepant, non legi, ſed potius quie-

quieſcere, vel occultari; vt ſupra dictũ eſt; colligitur etiam prædicta, & ſimilia vocabula per vocales poſſe differre; quo fit, vt a multis multa ex illis ſine prædictis litteris ſcribantur; vt u, g. ܢܐ cum ܦܬܚܐ ſupra ܢ etiamſi non ſcribatur cum ܐ poſt ܢ vt multi non ſcribunt, differt a ܢܐ cum ܙܩܦܐ ſupra eandem litteram; & hæc de litteris.

De vocalibus.

CAP. XII.

ANtequam quicquam de vocalibus attingã, ſuppono omnes litteras Chaldaicas, de quibus hactenus, eſſe conſonãtes; quia vocalis illa dicitur, quæ per ſe ſonat, & per ſe determinata eſt ad vnum ſonum. Hoc autẽ litteris Chaldaicis non quadrat, ſed iuxta varias, quæ illis adiunguntur, vocales, vario modo ſonant; quare hac in re mihi nõ placet id, quod docet Dauid Pauli filius, qui diuidit litteras Chaldaicas in ܩܠܢܝܬܐ qolonoiotho, ideſt, vocales, & ܕܠܐ ܩܠܐ dlo qolo, ſcilicet in eas, quæ ſunt ſine voce, & declarans, quare dicantur vocales ſubdit.

ܩܠܢܝܬܐ ܕܝܢ ܡܬܩܪܝܢ ܡܛܠ ܕܗܢܝܢ ܡܢܗܝܢ ܘܠܗܝܢ

valhen menhen dhonen metul methqarion dhen qolonoiotho

ܩܠܐ ܡܫܡܠܝܢ : ܘܠܐ ܣܢܝܩܢ ܠܚܒܪܬܗܝܢ ܒܫܘܡܠܝܐ

bſciumloio lhhaurothhen ſniqon ulo : mſciamlion qole

ܕܢܩܘܫܝܬܐ ܕܩܠܐ ܕܝܠܗܝܢ : ܐܠܐ ܚܕܐ ܚܕܐ ܡܢܗܝܢ ܡܢܗ ܘܠܗ

menoh menhen hhdho hhdho elo : dhilhen dhqole danqoſciotho uloh

Ideſt, ܘܠܗܝ ܡܫܡܠܝܐ ܠܟܠܗܒܝ ܕܝܠܗ ܀

vlohi mſciamlio kulabi dhiloh •

Vocales autem vocantur, quoniam ipſæ ex ſe, & ſibi voces perficiunt: & non ſunt egentes ſociabus ſuis in completione pulſantium vocum ſuarum, ſed vna unã, ideſt, unaquæque ex illis ex ſe, & ſibi, ſeu per ſe complet, ſeu perficit ſyllabam ſuam: quæ quidem licet uera ſint; ad illius tamen rem nihil plane faciunt; nam ut dictum eſt, nulla littera eſt in noſtra lingua, quæ ex ſe, & per ſe ſine ullo adiumento alicuius uocalis ſonare poſsit; immo omnes ſunt indifferentes, & ſonum uocalis ſibi additæ ſequuntur; nam ſi litteræ ܐ addatur ܦܬܚܐ fit a, ſi uero ܙܩܦܐ fit o. & ſic uarios, prout uarijs afficitur uocalibus, recipit ſonos. Item explicans, cur dicantur ſine uoce: ſic ait.

ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܕܡܬܩܪܝܢ ܕܠܐ ܩܠܐ ܐܠܐ ܕܠܐ ܡܫܟܚܝܢ

mеſcikhhon dlo al qolo dlo dmeihqarion den holen

ܒܠܚܘܕܝܗܝܢ ܠܡܫܡܠܝܘ ܥܢܘܬ ܩܠܐ ܐܝܟ ܩܠܢܝܬܐ ܀

qolonoiotho ach qole unoth lamſciamloiu balhhudhaihen

ideſt, Illa autem quæ uocantur ſine uoce: quoniam non poſſunt ſolæ perficere uoces ſicut uocales. Nec etiam mihi placet id, quod docet auctor Grammaticæ Chaldaicæ ſermone Arabico declaratæ, & quidã alij, qui diuidunt etiam litteras in ܩܠܢܝܬܐ qolonoiotho, uocales: & in ܫܠܝܬܐ ſcialiotho, quieſcentes. illas dicunt eſſe, quibus ſemper incipimus cum motione, & tres enumerant ܐ ܘ ܝ; has uero, quibus ſine motione; & ſunt ceteræ litteræ, non placet inquam, quia hoc ſatis non eſt ad cõſtituendam uocalem eo modo, quo ſumitur a Grammaticis, ut ex dictis

ex dictis perſpicuum eſt; deinde vel intelligit cũ vocali,ſeu motione inchoari,quando ipſæ pronunciantur, vel quando proferuntur voces, in quibus ſunt. Si primum, non ſolum illæ, ſed etiam ܘ, ܝ, &c. erunt vocales;ſiquidem ab his quoque elementis quando ea proferimus,cũ vocali incipimus.Si ſecundũ, conſtat eſſe falſum; quia ſæpe in quamplurimis vocibus ab illis ſine vlla motione incipimus: vt patet in his ܐܚܪܢܐ hhrino, alius. ܐܚܝܢܐ hhiono,propinquus,affinis. ܐܚܪܝܐ hhroio,vltimus. ܘܩܡ vqom, & ſtetit. ܘܝܘܠܦܢܐ viulfono, & doctrina. ܘܫܪܟܐ vſciarko,& reliquum,ſeu & cætera.

Præterea fac ab illis cum vocali ſemper inchoari, nihilominus non ſunt vocales appellandæ eo modo, quo vocalis nomen vſurpatur a Grammaticis; vocalis enim hoc modo ſumpta debet habere ſuam vocem, ſeu ſonum ab alijs diſtinctum, vt a, eſt ſono diſtinctum ab e, quod quidem nec alijs, nec his tribus litteris conuenit;ipſæ enim ab illius vocalis,qua afficiuntur,ſono determinantur, vt diximus; nam ſi ܝ afficiatur ܰ habebit eius ſonum,vt ܝܠܕܐ ialdo,puer,infans;ſimiliter etiam ſi afficiatur ܳ, vel ܶ, vt ܝܠܘܕܐ ioludho,genitor. ܝܠܝܕܐ ilidho,genitus; & ſic de alijs. His igitur poſitis,cum hæ Chaldæorum litteræ in libris omni plane vocali deſtitutæ depingerentur; ipſæq. per ſe ſine vocalium adminiculo ſonare non poſſent (vnde merito a Latinis ob id dictæ ſunt conſonantes) non parua in legendo erat difficultas. quamobrem noſtri doctores ne noſtra lingua propter legendi difficultatem paulatim periret, poſteritati, linguæq. conſeruandæ prouidentes excogitarunt quaſdam notas vocalium vicem gerentes, vt ſi illis litteræ prædictæ afficerentur,nullus plane in legẽdo difficultati remaneret

neret locus,quæ quidem vocales vt cognoſcantur.

Notādum eſt primo,vocales a Chaldæis propter varia, quibus funguntur,munera,varijs nominibus nuncupari;nuncupātur enim ܙܘܥܐ zauee,ideſt,motus,ſeu motiones, quod videlicet per eas conſonantes moueantur, vel certe, quia ipſæ nullo addito per ſe ſonent, ac moueātur;vocantur ܢܩܫܬܐ nqoſciotho,ideſt,pulſantes,vel quod ipſæ per ſe pulſent, vel certe quod conſonantes illis affectæ,ſtatim pulſum,ſonumq. emittant.nominantur ܣܝ̈ܡܐ ſiome,ideſt,poſitiones,quod litteris ponantur. interdum appellantur ܢܘܩܙܐ nuqze, ideſt, puncta, quod ipſæ punctis etiam (vt dicemus) deſignentur.

Nota ſecundo,de numero harum vocalium non paruam eſſe inter noſtros Grammaticos controuerſiam; Nonnulli enim vt Elias,in ſua Grāmatica ſeptem enumerat; ܙܩܝܦܘܬܐ zqifotho, ſublatæ. ܪܒܝܨܘܬܐ ruiſſotho, preſſæ, ſeu calcatæ. ܦܬܝܚܘܬܐ pthihhotho, apertæ. ܕܩܕܡ ܡܣܩܬܐ daqdhom maſqotho, quæ ante aſcendētes. ܕܩܕܡ ܪܘܝܚܘܬܐ daqdhom ruihhotho, quæ ante dilatatas. ܕܩܕܡ ܐܠܝܨܘܬܐ daqdhom aliſſotho,quæ ante coactas. ܕܩܕܡ ܚܒܝܨܘܬܐ daqdhom hhuiſſotho, quæ ante compreſſas,ſeu conſtrictas;per ante aſcendentes autem intelligit (vt ipſemet explicat) duo pūcta paruula ſub littera ܒ ad latus hoc modo ſcripta, ܒ̤, quas alij appellant, vt dicetur, ܚܒܨܐ ܟܪܝܐ hhuoſſo kario, ſtrictionem breuem: per ante dilatatas, quas alij appellant ܐܣܩܐ aſoqo, aſcenſionem, vel

ܪܘܝ

ܥܨܵܨܵܐ ܟܲܪܝܵܐ oſſoſſo kario, compreſsionem breuem, intelligit vnum punctum ſupra ܘ hoc modo appoſitum ܘ̇; per ante demum coactas, ſignificat punctum infra ܘ ad latus ſic ſubditum ܘ̣, quas alij ſimpliciter appellãt ܥܨܵܨܵܐ ܐܲܪܝܟ݂ܵܐ oſſoſſo aricho, compreſsionem longam, ſeu u longum, vel ܥܘܼܡܵܩܵܐ omoqo, profunditatem: quod videlicet aliquanto profundius proferatur; reliqua mox declarabimus. Nonnulli alij vt Dauid Pauli filius ſex ſtatuũt, ſcilicet ܙܩܵܦܵܐ zqofo, ſublatio. ܦܬܵܚܵܐ pthohho, apertio. ܙܠܵܡܵܐ zlomo, flexus, ſeu curuatio. i. ܚܒܵܨܵܐ hhuoſſo, ſtrictio. ܐܣܵܩܵܐ aſoqo, aſcenſio. ܥܘܼܡܵܩܵܐ omoqo, profunditas. Alij denique communiter quinque tantum amplectuntur, nimirum ܦܬܵܚܵܐ pthohho, ܙܩܵܦܵܐ zqofo, ܪܒܵܨܵܐ ruoſſo, ܚܒܵܨܵܐ hhuoſſo, ܥܨܵܨܵܐ oſſoſſo. Quorum ſignificatio, & poteſtas in tabella ſubiecta reperitur. Nos autem quoniam cætera omnia, quæ his quinque ab alijs addũtur, arbitramur, vel non eſſe diſtincta, vel ad legendum, ad quod vocales ſunt potiſsimum inſtitutæ, non eſſe neceſſaria, quinque tantum poſtrema tãquam ad legendum perutilia, ac neceſſaria a communi via non recedentes agnoſcimus, & amplectimur. Sciendum tamen eſt, ſicut apud Latinos quælibet vocalis eſt duplex, breuis videlicet, & longa; ſic apud Chaldæos, non tamen quãlibet, ſed tres vltimas tantum eſſe duplices, breues ſcilicet, & longas, de quarum dimenſione (Deo fauente) ſuo loco tractabimus. Hæ autem quinque vocales non ſolum notis quibuſdam, & ſignis, vel (vt melius dicam) litteris quibuſdam a Græcis ſumptis, ſed etiam punctis paruulis ad ſcribentis commodi-

moditatem fieri conſueſcunt. Nam ſi duo puucta vnum ſupra, alterum vero infra litteram, conſtituantur ſic ܒ݂ fit ba, ſi vero ſupra litteram, vnum ſupra alterum collocentur, ita tamen vt dexterum altius emineat, ſiniſtrum vero directe ſubijciatur ſic ܒ݁ fit bo: ſi deinde vnum apud alium æqualiter ſicut ſere Hebraicum, ſub littera ponantur ſic ܒܶ fit be, cum e longo; ſi vero vnum eorum ad partem dexteram tendat ſic ܒܷ fit be, cum e breui, vt quidam facere ſolent: ſi poſtea eodem plane modo diſponantur ſub littera, quo ſupra litteram cum efficiunt o, ſic ܒܸ fit bi, cum i breui; ſi vero ponatur vnum punctum tantum ſub ܝ ſic ܒܝ fit bi, cum i longo; ſi denique vnum punctum litteræ ܘ ſubdatur ſic, ܒܘ fit bu, cum v longo; ſi vero eidem litteræ ex ſuperiori parte apponatur ſic ܒܘ fit bu, cum u breui. Sed vt melius adhuc vocales intelligantur, proponam tabellam, in qua earum figura, poteſtas, nomina, ac ſignificationes indicantur.

Figura.	Poteſtas.	Nomen, ac ſignificatio
ܰ vel ܲ	a, vt ܒܰ vel ܒܲ ba.	ܦܬܳܚܳܐ pthohho
ideſt, apertio, quia ſcilicet aperto ore pronunciatur.		
ܶ vel ܶ	e longum ܒܶ vel ܒܶ	ܪܒܳܨܳܐ ܐܪܺܝܟܳܐ ruoſſo aricho
ܷ vel ܷ	e breue ܒܷ vel ܒܷ	ܪܒܳܨܳܐ ܟܪܝܳܐ ruoſſo kario.
ideſt, preſsio ſeu calcatio, quia aliquantulum preſſe profertur.		
ܸ vel ܸ	i breue ܒܸ vel ܒܸ	ܚܒܳܨܳܐ ܟܪܝܳܐ hhuoſſo kario
ܺ vel		

ܵ vel ܳ ilongū ܟ݁ܵ vel ܟ݁ܳ. ܙܩܳܦܳܐ ܐܰܪܺܝܟ݂ܳܐ hhuoſſo aricho

ideſt,ſtrictio,quia ſtrictione quadam dentium exprimitur.

ܳ vel ܵ o, vt ܟ݁ܳ vel ܟ݁ܳ ܙܩܳܦܳܐ zqofo.

ideſt,ſublatio,quaſi ſublatiori ſono, ſublatiſque labris effertur.

ܽ vel ܘ݁ v breue ܟ݁ܘ݁ vel ܟ݁ܽ. ܥܨܳܨܳܐ ܟܰܪܝܳܐ oſſoſſo kario.

ܽܘ vel ܘ v longū ܟ݁ܘ vel ܟ݁ܽܘ ܥܨܳܨܳܐ ܐܰܪܺܝܟ݂ܳܐ oſſoſſo aricho.

ideſt,compreſsio, ſeu coarctatio, quia videlicet aliquantulum coarctatis,collectiſq. labijs pronunciatur.

Ex dictis, & ex propoſita tabella colligi poteſt primo notas illas,tam breuibus,quam longis vocalibus eſſe communes; pūcta vero non item; quamuis multi etiam ſcriptores puncta illa bina paruula faciant eſſe communia;& e,tam longo,quam breui duo illa puncta, quæ a nonnullis diximus, e longo attribui, attribuant; cætera,quæ ab ijſdem,e, breui atributa ſunt, contemnant;& reuera nunc ita fieri ſolet. Illas autem notas, vt ſupra indicaui, puto eſſe vocales Græcorum parumper variatas, linguæq. noſtræ,a noſtris doctoribus applicatas. Secundo,longitudinem,vel breuitatem ſyllabarum nō tam ad legendum, quā ad perfectionem ipſius linguæ,apud nos facere,vt in arte metrica dicetur:quare ſi quis eam neſciret,in legendo non erraret, vt patet in quamplurimis Chaldæis, qui optime legunt, & tamen longitudinem, ſyllabarumq. breuitatem ignorant, quod non accidit apud Latinos.

Nota ſexto,Doctores Chaldæos,puerorum, tyronumq. memoriæ cōſulentes,quædam patrum veteris teſtamenti tāquam nota impoſuiſſe nomina, quæ ab illis ijſdem vocalibus,quibus ſunt impoſita,incipiant: videlicet, ܰ appellatur ܐܰܒ݂ܪܳܗܳܡ

Abro-

Abrohom. ܐ, ܐܒܪܗܡ Eſciaia. ܐ, ܐܫܥܝܐ Ishhoc. ܐ, ܐܝܣܚܩ
Odom, ſcilicet Adam; cuius principium apud nos incipit ab o.
ܐ, ܐܘܪܝܐ Vria. Quo fit, vt nunc communiter quotieſcumq. de vocalibus ſermo habetur, iſta nomina pro ipſis vocalibus ſumantur. & hæc breuiter de vocalibus. Sed fortaſsis extra rem non erit, ſi breuem aliquem pſalmum hic ſubijciam, vt quiſque cognoſcendo litterarum connexionem, vocaliumq. poteſtatē melius diſcernendo, ſe aliquo modo in legendo exercere poſsit.

Pſalmus CXVI.

ܫܒܚܘ ܠܡܪܝܐ ܟܠܟܘܢ ܥܡܡܐ: ܫܒܚܘܗܝ ܟܠܗܝܢ ܐܘܡܘܬܐ:

ĕmuotho kulhen ſciauhhoi : ame chulchun lmorio ſciabahh

Laudate Dominum omnes populi: laudate eum omnes gentes.

ܡܛܠ ܕܥܫܢܬ ܥܠܝܢ ܛܝܒܘܬܗ: ܫܪܝܪܐܝܬ ܡܪܝܐܘ ܠܥܠܡ.

lolam moriau ſciariroith : ttaibutheh elain deſcinath mettul

Quoniam inualuit, ſeu roborata eſt ſuper nos gratia eius, vere Dominus eſt in ſæculum.

De lineola, quæ ſub quibuſdam litteris ſcripta reperitur.

CAP. XIII.

Sciendum eſt, non raro in libris, ſub nonnullis litteris partium orationis ad latus quandam lineolam hoc modo ܠ ſcriptam reperiri, in quam quotieſcumque offendes, ſcito eam indi-

indicare conſonantem illam, ſub qua cernitur, vel omni vocali eſſe deſtitutam, vel omnino occultari, niſi tamen lineæ, quæ ܡܠܘܝܐ dicitur, de qua cap. ſequenti, ſungatur officio. Primũ frequentiſsimum eſt in ſecunda perſona paſsiua modi imperatiui, vt ܐܫܬܒܩ eſcitauq, relinquere. ܐܬܒܛܢ ethbattn, cõcipere. Vbi lineola prædicto modo ſubiecta litteras ܫ, & ܛ quieſcere ſignificat; & hoc fit, vt modus imperatiuus a præterito diſtinguatur: nam illa eadẽ littera, quæ in imperatiuo quieſcit, vocaliq. caret, in præterito mouetur, vocalemq. poſsidet. Sed de hoc in tractatione de verbo. Secundum, in multis vocibus non ſemel cernitur, vt in his ܐܢܫ noſcio, homo, ܥܗܕ ehadh, mentionem fecit, meminit, &c. Et in pronomine primæ perſonæ ſingularis, quod præſenti tempori, & alijs nominibus ſubijcitur; & tunc habet etiam punctum ſub ܢ ſic ܫܒܩܢܐ ſcioueqno, relinquo ego. ܬܟܝܠܢܐ thchilno, confidens ego: quamquam cum hoc modo conſtruitur cum alijs nominibus interdum ſignificare poteſt, ſum; vt illud ܐܢܐ ܐܢܐ enono, ego ſum, vt alibi dicemus; habet etiam punctum, vt differat a ſeipſo quando non ſubditur, ita vt ܐ, quod habet occultetur: ſiquidem cum non ſubditur habet punctum ante ܢ, & nullam habet virgulam, vt ܐܢܐ ܦܪܫܬ eno ferſceth, ego ſeparaui; & eodem modo in hac particula ܗܘ u, eſt, cum in fine nominum ponitur, vt ܛܒ ܗܘ ttouu, bonus eſt, vt ſuo loco fuſius dicemus. Item in alijs vocibus, vt ܒܪܬܐ bath, filia. ܐܢܬܬܐ attho, mulier.

mulier. ܐܙܠܬ ezath, iuit, & in cæteris, quæ paſsim reperiuntur. Aliquãdo iſta virgula eſt ſignum differentiæ, vt in ܐܘ id-eſt, o, quod per eam differt ab ܐܘ au, ideſt, aut, &c. Interdum ſi ante voces paulo maior ponatur, ſignificat illas voces eſſe imminutas, ideſt, non eſſe perfecte cum omnibus ſuis elementis ſcriptas; quemadmodum etiam apud Latinos accidit; vt ܩܕ ideſt ܩܕܝܫܐ qadiſcio, ſanctus. ܬܫܒ ideſt ܬܫܒܘܚܬܐ teſcibuhhtho, gloria, vel hymnus, & cet.

De quadam alia lineola, quæ dicitur ܡܗܓܝܢܐ, *&* ܡܪܗܛܢܐ

CAPVT XIV.

Notandum eſt primo, in libris præſertim remotiorũ Orientalium non ſemel reperiri quandam lineolam illi, de qua nunc dictum eſt perſimilem, quæ quidem iuxta duplicem, in quo ponitur, locũ, & duplex, quo fungitur, munus; duplex quoque nomen ſibi inditum habet: nam cum infra litteram ad latus ponitur, ſignificat litteram illam meditatione quadam, tarditateq. legi; quo fit vt ܡܗܓܝܢܐ ideſt, meditari faciens, appelletur; cum vero ſupra litteram conſtituitur, indicat ipſam litteram curſu quodam, velocitateq. legi; vnde tunc nuncupari ſolet ܡܪܗܛܢܐ ideſt, currere faciens; de qua linea mentionẽ fecerunt tum multi Grammatici, tum præſertim Dauid Pauli filius; & auctor Grammaticæ Arabico ſermone explicatæ. Sed vt melius intelligatur quando huiuſmodi linea adhiberi ſoleat.

Notan-

Notandum eſt ſecundo, tunc adhiberi, cum in aliqua voce duæ ſimul concurrunt litteræ quieſcētes, omni plane vocali deſtitutæ, quarum prolatio, quia interdum moleſta, & aliquantulum grauis eſſe ſolet; quidam Orientales huic incommodo mederi volentes, prædictam excogitarunt lineam, quæ varijs in locis conſtituta nobis indicaret interdum priorem litteram quieſcentium cum motione, interdum ambas ſine vlla motione eſſe proferendas: in cuius quidem lineæ loco, & munere aſsignādo, ſicut omnes fere conſentiunt: ita in ea adhibenda, vt modo cum vocali, ſeu motione, modo ſine vlla vocali, prædictas litteras quieſcentes legendas eſſe ſignificet, non parum inter ſe diſſentiunt. Quidam enim aiunt tunc priorem prædictarum litterarum moueri per lineam, quæ dicitur ܡܗܓܝܢܐ, quando illā ſequitur vna quieſcens ex his quinque ܪ ܥ ܠ ܡ ܢ, vt ܡܫܡܠܝܐ mſciamelio, perfectus, completus. ܕܚܠܬܐ dehheltho, timor. ܡܗܝܡܢܐ mhaiemno, fidelis. ܡܕܢܚܐ madenhho, oriens. ܡܓܢܝܐ maghenio, lectus, vel locus, in quo quis iacet. ܡܛܥܝܢܐ matteiono, ſeductor. ܡܒܥܕܐ mabedo, lōginquus, remotus, diſtans. ܡܩܪܒܢܐ maqerbono, bellator. ܡܪܡܪܡܢܐ mramermono, exaltator. Alij his quinque addunt ܗ, vt ܡܢܗܪܐ manehro, illuminatus. ܬܡܗܗܘܢ temhehun, ſtupor illorum. Alij addunt ܚ, vt ܕܒܚܬܐ deuahhtho, hoſtia, ſeu ſacrificium. Alij denique licet concedant litteram ܚ in nomine prædicto, a numero tamen prædictarū

 illam

illam reijciunt; & illis addunt ܐ ܘ ܝ , vt ܡܒܐܫܝܢ mabeſcion, malefaciunt. ܡܛܐܒܝܢ mattebon, benefaciunt. ܡܪܘܝܢܐ mareuiono, inebrians. ܐܬܝܕܥ ethidhaa, cognitus eſt, & cæt. Sed reuera ܝ in hoc vltimo verbo eſt motum ex ſua natura. Quando autem non concurrit vna ex prædictis: tunc dicunt ſinguli iuxta propriam opinionē vtramq; litteram eſſe afficiendā linea, quæ dicitur ܡܗܓܝܢܐ, vt ܡܕܒܚܐ madhbhho, altare. ܡܩܕܫܐ maqdhſcio, ſanctuariū. ܙܕܩܬܐ zedhqtho, eleemoſina. ܥܙܩܬܐ ezqtho, annulus. ܒܗܬܬܐ behttho, confuſio. ܩܘܕܫܝܗܘܢ qudhſcihun, ſanctitas eorū. ܡܠܟܬܐ malktho, regina. ܐܬܩܒܪ ethquar, ſepultus eſt. ܢܫܒܩܘܢ neſciuqun, relinquent. ܢܚܛܦܘܢ nehhtfun, rapient. ܢܩܕܡܘܢ neqdhmun, præcedent, & cæt.

Notandum eſt tertio, verba primi generis coniugationum, in futuro fæminino plurali: & tertiæ, & quartæ ſpeciei ſecundi generis in futuro plurali, tam maſculini, quam fœminini generis, ſolita habere duas litteras quieſcentes, quarum primæ a quibuſdam ſubijci ſolet ܡܗܓܝܢܐ, hoc modo ܢܒܢܝܢ neuanion, ædificabunt illæ. ܢܦܪܫܢ nefarſcion, ſeparabūt illæ. ܢܦܪܫܘܢ nefarſciun, ſeparabunt illi. ܢܒܬܢܢ neuattnon, cōcipient illæ. ܢܒܬܢܘܢ neuattnun, concipient illi, & cætera.

Scien-

Sciendum deinde eſt, ܡܗܓܝܢܐ cum vocibus accidit, vim habere ſolitum, vel vocalis ܼ , vt ܢܩܒܬܐ neqebtho, fæmina. ܫܪܒܬܐ ſciarebtho, generatio. ܚܟܡܬܐ hhechemtho, ſapiētia; vel vocalis ܿ , vt ܥܪܩܬܐ eraqtho, corrigia. ܥܠܩܬܐ qlaqtho, hirudo: & conſtat ex alijs vocibus, quas ſupra poſuimus. ܡܪܗܛܢܐ autem nullam (vt diximus) ponit vocalem; Et hæc ſunt, quæ de hac re, varij docent Grammatici. Ego vero ſi meâm tamen licet interponere ſentētiam, exiſtimo in carmine quidem, pro metri neceſsitate, interdum priori litterarum quieſcentiū ſubdi ܡܗܓܝܢܐ; interdum vero apponi ܡܪܗܛܢܐ: in ſoluta vero oratione, niſi difficilis admodum, ac grauis obſtet prolatio, fere illi ܡܪܗܛܢܐ apponi, ſeu curſu quodam, & ſine vlla motione vtramque proferri: ſed ne id gratis aſſerere videamur, adducamus quædam poetarum teſtimonia ex quamplurimis, quæ afferri poſsunt huic rei fauentia. Itaque ſupra dicebatur vox duas litteras quieſcētes habens, ſi illarum poſterior eſt ܝܘ , ſupra priorem habere ܡܗܓܝܢܐ , ſeu aliquam vocalem ex prædictis. Et patet in his carminibus, quæ habentur in poemate quodam de ſolitudine; & ſeparatione eorū, qui deſertum incolunt, a mundo.

Quam enim odioſa ſcientia,	ܟܡܐ ܓܝܪ ܣܢܝܐ ܝܕܥܬܐ idhaſho ſanio gher kma

Quæ poſsidetur per caſum, — ܕܡܬܩܢܝܐ ܒܝܕ ܡܦܘܠܬܐ
mapulto viadh dmethqanio

Et beatitudo illi, qui non vidit ſapientiam, — ܘܛܘܒܘܗܝ ܠܡܢ ܕܠܐ ܚܙܐ ܚܟܡܬܐ
hhechetho hhzo dlo lmau vttuu

Quæ poſt theſaurum, qui ereptus eſt. — ܕܒܬܪ ܣܝܡܬܐ ܕܐܬܚܠܨܬ
deth hhalſſath ſimtho duothar

Et ibidem:

Illa virtus, cui facile eſt illi omne, — ܗܘ ܚܝܠܐ ܕܗܕܝܠ ܠܗ ܟܠ
kul leh dhadhlil hhailo hau

Ipſamet dat potentiam, ſeu fortitudinem, — ܗܘܝܘ ܝܗܒ ܚܝܠܐ
hhuiolo ioheu hhuiu

Virtus, quæ ordinauit ipſum certamen — ܚܝܠܐ ܕܛܟܣܗ ܠܐܓܘܢܐ
laghuno dhettakſeh hhailo

Ante mortales in ſapientia ſua, &c. — ܩܕܡ ܡܝܘܬܐ ܒܚܟܡܬܗ
vhhechemtheh moiuthe qdhom

In quibus carminibus vtrobique vox ܚܟܡܬܐ, habet infra litteram ܟ, quæ præcedit ܡ, ܪܒܨܐ ideſt, vocalem ◌ܶ. At vero Orientis lumen Aphræm eandem litteram in eadem voce afficit ܡܪܗܛܢܐܝܬ, ideſt, curſu quodam, & ſine vlla vocali

vocali legit, vt in carmine illo celebri de amore ſcientiæ.

Melior eſt ſapientia armis, — ܛܒܐ ܗܝ ܚܟܡܬܐ ܡܢ ܙܝܢܐ:
ttouoi hhechmtho men zaino

Et doctrina mammona, ſeu diuitijs. — ܘܝܘܠܦܢܐ ܡܢ ܡܡܘܢܐ:
viulfono men momuno

Et melior eſt puer, qui puer eſt & ſapiens, — ܘܛܒ ܛܠܝܐ ܕܛܠܐ ܘܚܟܝܡ
vttou ttalio dhattle vhhakim

Rege ſene ſtulto. — ܡܢ ܡܠܟܐ ܣܒܐ ܣܟܠܐ
men malko ſouo ſachlo

Item ſupra dictum eſt, futurum primi generis coniugationum, & tertiæ, & quartæ ſpeciei ſecundi generis, affici ܢܗܘܘܢ, & tamen apud ſanctiſsimũ Aphræm, & alios, afficitur ܢܗܘܝܢ, vt in eodem carmine.

Sint vera verba tua, — ܢܗܘܝܢ ܫܪܝܪܝܢ ܡܠܝܟ
nehuion ſciariron melaik

Vt ſis amatus cuilibet, vel ſupra omnem hominẽ — ܕܬܗܘܐ ܪܚܝܡܐ ܥܠ ܟܠܢܫ
dthehue rhhimo al kulnoſc

Et etiam longinqui, ſeu diſtãtes, & propinqui, — ܘܐܦ ܪܚܝܩܐ ܘܩܪܝܒܐ
vof rahhiqe vqariue

Erunt orantes pro vita tua. — ܢܗܘܘܢ ܡܨܠܝܢ ܥܠ ܚܝܝܟ:
nehuun mſsalen al hhaiaik

Rurſus

Rurſus ea,quæ ſupra dictum eſt habere ܡܗܓܝܢܐ, in carmine habent ܡܪܗܛܢܐ : vt patet in quodam ſermone de ſolitarijs verſus finem.

Veniunt illis veſtes gloriæ, { ܐܬܝܢ ܠܗܘܢ ܢܚܬܝ ܫܘܒܚܐ
othen lhun nahhtai ſciubhho

Pro cilicijs, quæ induti erant, { ܚܠܦ ܣܩܐ ܕܠܒܝܫܝܢ ܗܘܘ
hhlof ſaqe dhaluſcin vau

Et datur illis annulus, { ܘܡܬܝܗܒܐ ܠܗܘܢ ܥܙܩܬܐ
vmethiahbo lhun ezeqtho

Pro autem vinculis, quæ in manibus eorum, &c. { ܚܠܦ ܕܝܢ ܫܘܛܡܐ ܕܒܐܝܕܝܗܘܢ
hhlof den ſuttme dhaidhaihun

Et multa alia pro hac re afferri poſſunt, quæ breuitatis cauſa omitto. Vnde colligas licet non tantam, quantam variæ indicāt opiniones, eſſe difficultatem; quoties enim vt dictum eſt, vel propter metri neceſsitatem, vel pronunciationis difficultatem, ܡܪܗܛܢܐ litteram afficere quis cogitur, afficiat: ſi vero nullū horum accidat, illi ܡܗܓܝܢܐ apponat.

Nota quarto, interdum poetas metro coactos vti etiam ܡܪܗܛܢܐ modo explicato, quando duæ concurrunt litteræ quieſcentes, quarū prior ſit in fine præcedentis dictionis, poſterior vero in principio ſequētis, vt illud eloquētiſsimi Aphræm.

Sine dono tuo, { ܒܠܥܕܝܗ ܕܡܘܗܒܬܟ
belodhehe dmauhauthoch

Laxa-

Laxata, ſeu diſſoluta eſt multū libertas noſtra. { ܪܦܝܘ ܣܓܝ ܚܐܪܘܬܢ
hhiruthan ſaghi rafioi

Et in quodam ſermone de vanitate, & via iuſtitiæ, hæc habentur carmina.

Præceptum Domini electum eſt, { ܦܘܩܕܢܗ ܕܡܪܝܐ ܓܒܐ
gueu dmorio puqdonehe

Et illuminat oculos mentis, { ܘܡܢܗܪ ܥܝܢܐ ܕܬܪܥܝܬܐ
dhtharitho aine vmauhar

Et gaudet in charitate Dei, { ܘܚܕܝܐ ܒܚܘܒܐ ܕܐܠܗܐ
dhaloho vhhubo vhhodhio

Et lucet in luce gratiæ. { ܘܢܗܪܐ ܒܢܘܗܪܐ ܕܛܝܒܘܬܐ
dhttaibutho vnuhro vnehro

Vbi vides ܕܠܠܝܡܗ in prioribus carminibus S. Aphræm, & ܦܘܩܕܢܗ in poſterioribus propter metrum habere litteram ܗ in fine ܡܘܗܪܐ affectam.

De punctis numeri multitudinis, tam in nominibus, quam in verbis.

CAP. XV.

PVncta quatenus ſunt numeri multitudinis ſigna, duobus potiſsimum nominibus a noſtris cōmuniter appellari conſueſcunt

ſueſcunt. Primo ܣܝ̈ܡܐ ſiome,ideſt,poſitiones, quia videlicet vocibus multitudinis apponuntur, vt ſupra etiam dictum eſt de vocalibus, quo nomine in hoc ſenſu vtitur Ioannes quidam Syrus agens de hac re. Secundo ܢܘ̈ܩܙܐ nuqze,ideſt,puncta: quo nomine fere omnes vtuntur cum de hac re tractāt. Interdum appellantur etiam ܛܘ̈ܦܐ ttufe,ideſt,guttæ, vt ab auctore Grammaticæ ſermone Arabico explicatæ. Puncta igitur numeri pluralis ſunt duo tātum, quæ ad ſuperiorem vocis partem quodam ordine,ac proportione tamquam quædā gemina æque ſeſe reſpicientia apponuntur, vt videre potes in hoc nomine ܟܬ̈ܒܐ kthoue,libri: & in hoc verbo ܫܟ̈ܠܠ ſcialem, perfecerunt mulieres. Sciendum tamen eſt,cū huiuſmodi puncta vocibus numeri multitudinis ܪ habentibus apponuntur; tunc vnum ſolum punctum poni eodem ordine,& ſitu cum pūcto ipſius litteræ ܪ, vt in his patet vocibus ܪ̈ܚܡܐ rahhme, miſericordia. ܐܡ̈ܪܝ amarunt fœminæ, in quibus punctum primum,& diſtinguit litteram, & gerit vicem alterius puncti, quod ad numerum pluralem ſignificandum concurrere deberet.Quod ſi aliquādo tria puncta ante voces ad latus poſita cernantur,tunc tertium illud punctum,vel ſupplet vicem alicuius vocalis,vel alicuius alterius rei (vt patebit ex ijs, quæ dicemus) eſt ſignum.Hæc autem gemina puncta ponūtur omnibus vocibus numeri pluralis,tam nominum vtriuſq; generis,quam verborum generis fœminini: verba enim maſculini generis huiuſmodi puncta non ſuſcipiunt. Aduertendum hic eſt, quod licet in genere id,quod diximus, veriſsimum ſit, excipiuntur tamen quædam voces,quæ vel ſunt numeri multitudinis, vel certe ſunt coniuncta cum affixis eiuſdem numeri. Primo enim nomina pluralis numeri in ܝܢ in, cum ܝ, vel ܢ, ſi verbum

ſcilicet

ſcilicet ܐܢܘܢ enun, vel ܐܝܬܝܗܘܢ ithaihun, ideſt, ſunt, virtute contineant, non habent puncta; cuiuſmodi ſunt verba nominum, de quibus ſuo loco, vt in Pſal. XVIII. iuxta Chaldæos, XVII. iuxta Latinos:

Et adiuuat omnes, qui ſperantes, ſeu cõfidentes in eo, ſeu ſupra eũ.	ܘܡܥܕܪ ܠܟܠ ܕܬܟܝܠܝܢ ܥܠܘܗܝ alau dathchilin lchul vamadar

Et Pſal. iuxta Chaldæos XIX. iuxta Latinos XVIII.

Præcepta Domini recta ſunt.	ܦܘܩܕܢܘܗܝ ܕܡܪܝܐ ܬܪܝܨܝܢ: triſſin dmorio puqdonau

Et ibidem paulo poſt:

Iudicia Domini in veritate,	ܕܝܢܘܗܝ ܕܡܪܝܐ ܒܩܘܫܬܐ. uquſcito dmorio dinau
Et iuſta in omni re, & deſiderabiliora	ܘܟܐܢܝܢ ܒܟܠܡܕܡ: ܘܪܓܝܓܝܢ varghighin bchulmedem vchinin
Auro, & lapidib. pulchris, ſeu pretioſis,	ܡܢ ܕܗܒܐ: ܘܟܐܦܐ ܛܒܬܐ: ttouotho uchife dahbo men
Et dulciora melle, & fauo.	ܘܚܠܝܢ ܡܢ ܕܒܫܐ: ܘܡܢ ܟܟܘܪܝܬܐ: kakoritho vmen deuſcio men vahhlen

In quibus locis, licet voces ܬܟܝܠܝܢ tehilin, confidentes. ܬܪܝܨܝܢ triſin, recta. ܟܐܢܝܢ kinin, iuſta. ܘܪܓܝܓܝܢ rghighin, deſide-

deſiderabiliora. ܚܠܝܢ hhlen, dulciora, ſint numeri multitudinis, ſine tamen punctis a doctoribus ſcribuntur, quia in eis intelligitur virtute cōtineri ܐܢܘܢ enun, vel ܐܝܬܝܗܘܢ ithaihun, quæ cum ſint verba quædam, genus maſculinū referentia, ſcribuntur ſine punctis, tum ipſa, tum nomina, in quibus virtute contineri intelliguntur, vt dictum eſt.

Si vero non contineant verbum, habent puncta vt alia. Item numeralia quidā ſcriptores, ſi ſint maſculina, ſcribunt ſine punctis, vt ܬܠܬܐ tlotho, tres. ܐܪܒܥܐ arboo, quatuor, & cæt. Si vero ſint fœminina, cum punctis, vt ܬܠܬ tloth, tres. ܬܪܬܝܢ tarten, duæ. ܐܪܒܥ arbaa, quatuor. &c. Alij vero fortaſsis melius omnia, ſiue ſint maſculina, ſiue fœminina, exceptis tamē ijs fœmininis, quæ penultimam ; , ^ affectam habent, ſine pūctis ſcribunt, vt ܬܪܝܢ tren, duo. ܬܪܬܝܢ tarten, duæ, &c.

Cum vero affixa recipiunt, omnes fere boni ſcriptores cum pūctis illa ſcribunt, vt ܬܪܝܢ train, nos duo. ܬܪܝܟܘܢ traikun, vos duo, ܬܪܝܟܝܢ traiken, vos duæ. ܬܠܬܝܢ tlothain, nos tres. ܬܠܬܝܟܘܢ tlothaicū, vos tres mares. ܬܠܬܝܟܝܢ tlothaiken, vos tres fœminæ; quorū ſingula ſuo loco fuſius explicabimus. Huc ſpectare poſſunt præpoſitiones, quæ quidē, ſi recipiāt affixa more nominū pluraliū habent puncta, vt ܚܕܪܝ hhdhorai, circa me. ܚܕܪܝܟ hhdhoraik, circa te. ܒܠܥܕܝܗܘܢ belodhaihun, ſine illis, &c. Excipe tamen ܩܕܡܝܗܘܢ qdhomaihun,

hun,ante eos. ܬܚܘܬܝܗܘܢ thhuthaihũ,infra eos. ܛܘܒܝܗܘܢ ttubaihun,beatitudo illis: quamquam hoc tertium, non tã eſt præpoſitio,quam nomen; quod cum ſit ſingularis numeri,affixa more nominum numeri multitudinis recipit. ܒܠܚܘܕܝ tu tantum, quidam cum punctis, quidam ſine,ſcribunt. Si vero recipiant affixa more nominum ſingularium, puncta non admittunt,vt ܥܡܗܘܢ amhun, cum illis. ܠܘܬܢ luothan, apud nos. ܒܗ beh,in eo,&c. de quibus ſuo loco.

De punctis,tempora,perſonasq. indicantibus.

CAPVT XVI.

SVnt etiam puncta,quæ verborum tempora, ac perſonas indicent. Præteritum enim petit punctum verbo ad latus ſubiectum,vt ܫܪܐ ſciro,ſoluit. ܦܪܩ fraq,ſaluauit. ܚܘܝ hhaui,oſtendit. ܡܠܠ malel,locutus eſt,&c.Idem eodem modo poſitum,petũt perſonæ huius temporis: excepta tamen prima perſona ſingularis, quæ vult idem pũctum ex ſuperiori parte poſitum hoc modo ܫܪܝܬ ſcirith, ſolui. ܦܪܩܬ ferqeth, ſaluaui. ܚܘܝܬ hhauith, oſtendi. ܡܠܠܬ malleth, locutus ſum.Tertia porro perſona numeri ſingularis generis fœminini in præterito apud remotiores Orientales habet duo puncta infra penultimã litteræ ܬ hoc modo ܫܪܬ ſciroth, ſoluit illa. ܫܒܩܬ ſciuqath,reliquit illa,&c. Apud propinquiores vero

vnum punctum ante ܬ hoc pacto, ܐܡܪܬ emrath, dixit. ܝܠܦܬ ielfath, didicit. ܒܢܬ bnoth, ædificauit: quæ puncta apud vtroſq. genus fœmininum deſignant. Præſens vero fere ex parte ſuperiori pũctum petit, vt ܒܢܐ bone, ædificat. ܦܪܩ poreq, ſaluat. ܡܦܨܐ mfaſſe, liberat. ܡܢܗܪ mnahar, dilucidat. ܡܢܗܪ manhar, illuminat. ܐܡܪ omar, dicit. ܝܠܕܐ ioledh, parit. Sed reuera punctum in præſenti fere ſemper aliquam etiam vocalem deſignat; in primo enim ſecũdo, & quinto genere coniugationum ſignificat litteram illam, ſupra quam poſitum eſt legi cum ◌ܶ in tertio vero, & prima ſpecie quarti cum ◌ܰ, vt in propoſitis verbis perſpicitur; quo fit vt ſecunda ſpecies quarti generis, quia punctum ex ſuperiori parte illi poſitum, nullam vocalem deſignat, illud ſibi ſubiectum habere ſoleat, vt in præterito, & tunc vocalis ◌ܺ eſt ſignum, vt ܡܫܝܓ mſcigh, lauat. ܡܪܝܡ mrim, extollit, &c. Futurum poſtea petit punctum ad latus verbo ſubiectum, ſicut in præterito, vt ܢܐܟܘܠ nechul, comedet. ܢܚܫ nehhaſc, patietur, & ſic in cæteris perſonis, excepta tamen prima perſona, quæ idem punctum recipit ex parte ſuperiori penes caput ſic ܐܩܘܫ equſc, pulſabo. ܐܫܒܚ eſciabahh, laudabo, &c.

Poſtremo imperatiuus, & infinitiuus fere habent punctum eodem plane modo, quo præteritũ, vt ܫܒܚ ſciabahh, lauda,

lam-

ܠܡܫܒܚܘܗܝ lamſciabohhu, laudare. ܐܡܪ emar, dic, dicito. ܠܡܐܡܪ lmimar, dicere, &c. Hæc, quæ breuiter diximus, multi ſcriptores confundunt, & regulas Grammaticas difficiles reddunt, ideo obſeruanda ſunt, vt confuſionem, & difficultatem fugiamus.

De ceteris punctis, quæ paſsim vocibus, nunc appoſita, nunc ſubiecta ad latus cernuntur.

CAP. XVII.

PRæter hæc, quæ diximus, reperiuntur frequenter puncta quædam ad latus ſupra, & infra voces, quæ potius caſu, quam arte poni videntur: quo fit vt a multis ignorentur: ſed nō ſine arte; nam vel ponuntur vt diſtinguant voces ſimiles, vt ܐܝܕܐ idho, manus, quæ habet punctū infra ܝ, ab ܐܝܕܐ aidho, ideſt, quæ: quæ habet punctum ſupra ܝ: eodem modo ܗܘ hu, ipſe, a ܗܘ hau, ille: ܗܝ hi, ipſa, a ܗܝ hoi, illa. ܫܢܬܐ ſciētho, ſomnus, a ܫܢܬܐ ſciato, annus: itē ܚܕܬܐ hhdhato, noua, a ܚܕܬܐ hhatho, nouus, &c. vel vt ſuppleāt vicem vocalis, vt patet ex dictis: nam ſi ponatur punctum ſub ܘ vel ܐ, ſignificat ܡܫܒܚܐ, vt ܫܒܝܚܐ ſciuihho, laudatus. ܦܪܝܩܐ friqo, ſaluatus. ܫܠܝܚܐ ſcilihho, miſſus. ܡܢܝܚܢܐ mnihhono,

placans. ܡܟܝܡܢܐ mchimono, conſtituens. ܟܐܢܐ kino, iuſtus. ܟܐܒܐ kiuo, dolor. ܚܐܪܘܬܐ hhirutho, libertas. Si autem ſub o ſignificat v longū, vt ܦܘܡܐ pumo, os.

ܟܘܒܐ kubo, ſpina. ܒܬܘܠܐ bthulo, virgo.

ܢܘܢܐ nuno, piſcis. ܫܘܦܪܐ ſciufro, pulchritudo.

ܣܓܘܠܐ ſghulo, racemus. ܕܡܘܬܐ dmutho, ſimilitudo.

Si vero ſupra o ſignificat v breue, vt

ܦܣܘܩܐ poſuqo, ſector. ܥܒܘܪܐ oburo, tranſiens.

ܢܣܝܘܢܐ neſiuno, tentatio. ܫܥܝܬܐ ſciuitho, hiſtoria, narratio, &c. Si poſtea ponatur ſupra litteras, & præſertim ܥ ſignificare ſolet ܿ, vt ܙܟܘܬܐ zochuto, victoria.

ܥܒܕܐ ouodho, opus. ܢܝܚܐ niohho, quies.

ܥܘܠܐ auolo, iniquus. ܟܝܢܐ kiono, natura.

Interdum ܼ, vt capite præcedenti diximus: & ita ſi omnia puncta, quæ paſsim ſupra voces ſcripta reperiuntur ad ea, quæ diximus, & alibi dicemus, reducas, facili negotio, cur illa illis affigantur intelliges. Quamquam (vt vere dicam) multa ex antiquorum traditione vocibus ponuntur puncta, quorū ſcientia cum nimis ſit moleſta, & poſt inuentas vocales non admodum

dum neceſſaria, non magni fit nunc a recentioribus. Et hæc ſatis iam ſint de punctis: Nam de punctis, quæ ponuntur in periodis, inciſis, & membris orationis, & quæ varios loquendi modos indicant, quia maiorem habent difficultatem, commodius verſus finem Grammaticæ, ne hic ipſo initio tyrones difficultatibus implicentur, diſſeremus.

PRIMI LIBRI FINIS.

GEORGII

GEORGII AMIRAE
SYRI EDENIENSIS
E LIBANO.

GRAMMATICAE
LINGVAE CHALDAICAE, SIVE SYRIACAE

DE NOMINE, AC PRONOMINE
LIBER SECVNDVS

De numero partium orationis.
CAPVT I.

DE partium orationis numero, quoniā inter Syros Grammaticos non leuis eſt diſceptatio: ideo antequam de nomine agere incipiamus, earum numerum ſtatuere debemus. Itaque quidā ex illis reuocant omnes orationis partes ad tres ܫܡܐ nomē, ܡܠܬܐ verbum, & ܐܣܪܐ coniunctionem; ita videtur ſentire auctor Grammaticæ Arabico ſermone explicatæ. Alij vero ſeptem tātum orationis partes omiſſa interiectione enumerāt; quas mox enumerabimus; ita ſentit Elias in ſua Grammatica, vbi ait hoc idem quoque ſenſiſſe Syros doctores: idem etiā ſen-

tit Ioannes Eſtunoio in ſuaGrammatica.Sed reuera licet vtraq; opinio defendi poſsit: mihi tamen non omnino ſatisfacit: non prima;quia omnes orationis partes ad illas tres enumeratas cōmode reuocari non poſſunt; cum præſertim harum deſcriptiones illis non omnino conueniant, & diſcentibus hac tripartita diuiſione non minima afferatur obſcuritas: nec ſecunda; quia nihil video, cur interiectio a numero partium orationis excludatur, & non tamquam pars diſtincta,ſicut aliæ, enumeretur. Quare ego, vt in lingua Latina, ſic in noſtra, octo, nec plures, nec pauciores orationis partes puto eſſe conſtituendas. ܫܡܐ nomē. ܚܠܦ ܫܡܐ pronomen. ܡܠܬܐ verbū. ܡܠܬ ܫܡܐ verbum nominis. ܥܠ ܡܠܬܐ ſupra verbum, ſeu aduerbium. ܩܘܕܡ ܣܝܡܐ anteceſsio poſitionis, ſeu præpoſitio. ܡܨܥܬ ܣܝܡܐ medietas poſitionis,ſeu interpoſitio,aut interiectio: vel ܡܫܘܕܥ ܚܫܐ ſignificans paſsiones. ܐܣܘܪܐ coniunctio.De quorum ſingulis breuiter nobis tractandum eſt; & quoniam nomen primum in oratione tenet locum, & apud nos eſt radix,a qua ipſum verbum, & quædā ex prædictis pullulant,ab eo potiſsimum initium ducemus, & in hoc libro tractabimus.

De nominis definitione,ac diuiſione.

CAP. II.

NOmen varias a varijs Grāmaticis definitiones habet; quæ quidem licet idem fere ſignificent:quia tamen non mediocriter iuuant ad eruditionem, & Grammaticos Syros intelligē-

 dos,

dos, eas in medium afferam. Primo autem nomen definitur ab Elia ſic, ܫܡܐ ܐܝܬܘܗܝ ܩܠܐ ܡܫܘܕܥܢܐ ܒܡܫܠܡܘܬܐ
ܘܠܐ ܙܒܢܐ ܘܡܢܬܗ ܐܘ ܠܐ ܚܕܐ ܡܫܘܕܥܢܝܬܐ ܟܕ ܡܬܦܪܫܐ:

Ideſt, nomen eſt vox ſignificatiua in perfectione ſine tempore, cuius pars, neque vnum, ſeu nihil ſignificatiua, cum ſeparatur: Eodem plane modo, & ijſdem verbis ab eodem definitur in quodam ſuo fragmento. Secundo a Iohanne Eſtunoio in ſua Grammatica ſic: ܫܡܐ ܐܝܬܘܗܝ ܡܢܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܡܠܬܐ
ܘܕܡܡܠܠܐ ܕܡܫܘܕܥܐ ܨܒܘܬܐ ܡܕܡ ܐܘ ܣܘܥܪܢܐ:

ideſt, Nomen eſt pars prima locutionis, ſeu orationis, quæ ſignificat rem aliquam, aut actionem. Quæ definitio videtur eſſe diminuta, & imperfecta: nam ſi tollas illud (prima) non differt a verbo: vnde puto deeſſe huic definitioni ܘܠܐ ܙܒܢܐ ſine tempore, & ſi hoc illi addatur fit bona nominis definitio. Tertio, in Grammatica Arabico ſermone explicata ita definitur:

ܫܡܐ ܐܝܬܘܗܝ ܩܠܐ ܡܫܘܕܥܢܐ ܒܡܫܠܡܘܬܐ ܘܠܐ ܙܒܢܐ ܐܝܬܘܗܝ
ܘܡܢܬܐ ܡܢܗ ܟܕ ܡܬܦܪܫܐ ܠܐ ܡܫܘܕܥܐ ܡܕܡ:

ideſt, Nomen eſt vox ſignificatiua in perfectione, quæ ſine tempore eſt, a qua pars cum ſeparatur, non ſignificat aliquid. Quæ definitiones licet idem indicent: hæc tamen vltima alijs videtur eſſe abſolutior, & clarior; ideo eius particulæ leuiter explicandæ ſunt. Dicitur (vox) quia hæc particula eſt nomini cum cæteris communis. Dicitur (ſignificatiua in perfectione) vt excludantur cæteræ voces, ſeu ſonus naturales, qui nihil perfecte ſignificant; ſed potius aliquam animalis paſsionem indicant; & aliæ quædam orationis partes, quæ per ſe nihil perfecte ſignificant, niſi cum alio connectantur. Interponitur (ſine tempore) vt di-

vt diſtinguatur nomen a verbo. Subditur denique (a qua pars) vt excludatur ipſa oratio, cuius partes ſeparatæ aliquid ſignificant: ſed iſtas definitiones fuſius, ac ſubtilius declarare eſt lineas tranſire.

Nomen porro, vt apud alias gẽtes, ita etiam apud Chaldæos multiplex eſt: & quidem ſi omnes nominis diuiſiones, in quas varij Grammatici illud diſtribuerunt, enumerare vellem, in re tam facili ſatis longus viderer. Quare omiſſa tanta diuiſionum congerie, eas potiſsimum quam breuiter afferam: quæ claritatem, ac diſtinctionem, ad quam inſtituta eſt diuiſio, pariunt, nõ obſcuritatem, & confuſionem. Nomen igitur aliud eſt ܡܕܝܠܝܐ idest, proprium; & ſi ſermo ſit de natura rationali, ſeu intellectiua dicitur ܦܪܨܘܦܝܐ perſonale; vt

ܐܦܪܝܡ Aphræm. ܝܘܚܢܢ Ioannes. ܡܪܝܡ Maria.
ܐܒܐ Pater. ܕܪܡܣܘܩ Damaſcus. ܥܕܢ Eden,

idest, voluptas, & propterea etiam ſignificat Paradiſum: quo nomine appellatur deinde quædam ciuitas (eſt enim Metropolis) non adeo magna, ſed loci ſitu, aquarum copia, terræ fertilitate, aeris temperie in toto Libano præſtantiſsima: vnde nõ immerito tali nomine eſt nuncupata, ſed hæc obiter.

Aliud ܓܢܣܝܐ idest, generale, quod pluribus conuenit, vt ܚܝܘܬܐ animal. ܓܘܫܡܐ corpus, &c. Aliud ܩܢܘܡܝܐ idest, ſubſtantiuum, ſeu naturale, & dicitur ܡܫܬܡܗܢܢܐ nominatũ, & eſt illud, quod per ſe in oratione eſſe poteſt, & variæ illi adueniunt denominationes, vt ܟܐܦܐ lapis. ܣܘܣܝܐ equus. ܓܒܪܐ vir. ܫܠܡܐ pax. Dicitur autem naturale, quia ad

ipſam rei naturã ſignificandã imponitur. Aliud ܐܝܢܝܐ qualificatiuum, vel ܫܘܡܗܐ denominatio, quod a Latinis communiter appellatur adiectiuum; ita autem dicitur, quia adiunctum nominibus illa (vt cum philoſophis loquar) qualia efficit, ac denominat, vt ܐܘܟܡܐ niger. ܛܒܐ bonus. ܫܦܝܪܐ pulcher. ܓܒܝܐ electus. Hoc autem duas habet formas, maſculinam videlicet, vt in propoſitis nominibus: & fœmininam, quæ additione ܬ a maſculina deriuatur; vt ܛܒܬܐ bona. ܫܦܝܪܬܐ pulchra, &c. Aliud ܡܟܢܫܢܐ ideſt, congregatiuum, ſeu collectiuum; quod numero ſingulari multitudinem ſignificat, vt ܥܡܐ populus. ܚܝܠܐ exercitus. ܓܙܪܐ grex. Aliud denique ܡܢܝܢܝܐ numerale, vt ܚܕ vnus. ܬܪܝܢ duo. ܩܕܡܝܐ primus. ܬܪܝܢܐ ſecũdus, &c. de quo ſuo loco. Præterea ſciendũ hoc loco eſt, nomina Syriaca perfecta, ſingularis numeri, iuxta propinquiores Oriẽtales, fere ſemper ſolita eſſe deſinere in ܐ cũ ܰ: iuxta vero remotiores cum ܳ, cum quo Priſcis etiã temporibus, antequam lingua Chaldaica reformaretur, deſinere videntur. Nomina enim peregrina, contracta, & pluralis numeri, vt plurimum non ſolent deſinere prædicto modo; vt ex ijs, quæ dicemus, colligi poterit.

De iis, quæ generaliter nomini accidunt.

CAP. III.

NOmini in vniuerſum hæc præcipue accidunt, ܓܢܣܐ genus.

nus. ܡܢܝܢܐ numerus. ܐܕܫܐ ſpecies, ſeu ܒܝܬܝܘܬܐ domeſticatio. ܐܣܟܝܡܐ figura. ܐܝܢܝܘܬܐ qualitas. ܡܦܠܬܐ caſus. ܩܘܫܝܐ & ܪܘܟܟܐ lenitas,& aſperitas. ܙܥܘܪܐ diminutio, ſeu exiguitas. ܡܟܝܢܐ contractio. ܡܠܘܬܐ vel ܠܘܬ ܡܕܡ relatio, vel ad aliquid. ܢܩܝܦܘܬܐ cõſecutio, ſeu adhæſio. De quorum ſingulis ordine breuiter, diſtincteq. (Deo iuuante) tractare conabor; & his peractis nulla amplius de nomine remanebit difficultas.

De genere nominum.

CAP. IV.

Triplex tantũ genus apud Chaldæos, ſicut & apud Hebræos reperitur: ܕܟܪܐ maſculinum. ܢܩܒܬܐ fœmininũ. ܓܘܢܝܐ commune: neutrum vero non agnoſcunt; quod ſi eo aliquando egeant, loco ipſius, fœminino, interdum etiam maſculino vtũtur; fœminino quidem, vt Magnus Aphræm in carmine de amore ſcientiæ.

Hæc diſce diſcipule,	ܗܠܝܢ ܝܠܦ ܐܬܠܡܝܕܐ
Et in opere comple ea.	ܘܓܡܘܪ ܐܢܝܢ ܒܥܒܕܐ

vbi ܐܢܝܢ ideſt, eas, eſt generis fœminini: & Pſalm. iuxta Chaldæos XXVII. iuxta Latinos XXVI.

ܘܣܢܐ

ܕܚܕܐ ܫܐܠܬ ܡܢ ܡܪܝܐ܂ ܘܠܗ ܗܝ ܒܥܐ ܐܢܐ܂ ܕܐܥܡܪ
ܒܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ ܟܠܗܘܢ ܝܘܡܬܐ ܕܚܝܝ܀

ideſt, Quod vnam petij a Domino, & ipſam quæro, vt habitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. Vbi (ܚܕܐ vnam) & (ܠܗ ipſam, ſeu eam) ſunt etiam generis fœminini; Et hoc paſsim apud nos reperitur. Maſculino vero vt Lucæ XIX.

ܠܟܠ ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܢܬܝܗܒ ܠܗ܂ ܘܡܢ ܗܘ ܕܠ
ܝܬ ܠܗ܂ ܐܦ ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܢܫܬܩܠ ܡܢܗ܀

ideſt, Omni cui eſt, dabitur illi: & ab eo autem, cui non eſt, & ille, qui eſt illi, (ideſt, & illud, quod eſt illi) accipietur ab eo. Sed vt cognoſcatur genus, notandũ eſt primo, nomina ſubſtantiua in ܐ cum ܳ, ſine præcedenti ܬ deſinentia, vt plurimũ eſſe maſculina, vt ܠܚܡܐ panis. ܦܓܪܐ corpus. ܕܡܐ ſanguis. vt Ioan. VI. ܗܢܘ ܠܚܡܐ ܕܢܚܬ ܡܢ ܫܡܝܐ܀

ideſt, Hic eſt panis qui deſcendit de cœlo.

ܦܓܪܝ ܓܝܪ ܫܪܝܪܐܝܬ ܐܝܬܘܗܝ ܡܐܟܘܠܬܐ ܘܕܡܝ
ܫܪܝܪܐܝܬ ܐܝܬܘܗܝ ܡܫܬܝܐ܀

ideſt, Corpus meum enim vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus. Item adiectiua, ſi non ſit contracta a fœmininis, de quibus infra: vt ܛܒܐ bonus. ܒܝܫܐ malus. ܣܓܝܐܐ multus. vt Ioan. II. ܐܢܬ ܕܝܢ ܢܛܪܬܝܗܝ ܚܡܪܐ ܛܒܐ ܠܗܫܐ܀

ideſt, Tu autem ſeruaſti vinum bonum. & III. ܐܢܬ

Erant enim opera illorum mala. ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܥܒܕܝܗܘܢ ܒܝܫܐ:
& Lucæ V.
Et congregabatur populus multus ܡܬܟܢܫܝܢ ܗܘܐ ܥܡܐ ܣܓܝܐܐ:

Et nomina in ono,tam ſubſtantiua,quam adiectiua, vt ܥܘܕܪܢܐ auxilium. ܚܢܢܐ clementia. ܡܫܟܚܢܐ potens. ܛܘܒܬܢܐ felix. ܬܘܟܠܢܐ confidentia,ſpes:& alia quamplurima, quorum exempla ab auctoribus petere longum eſt: ſufficit enim horum, & aliorum genus tibi indicare; quia illorum exempla facili negotio ipſe reperies.

Notandum eſt ſecundo omnia fere nomina in ܘܬܐ eſſe fœminina,excepto ܡܝܘܬܐ immortalis,vt ܙܕܝܩܘܬܐ iuſtitia. ܣܒܝܘܬܐ ſenectus. ܕܟܝܘܬܐ puritas. ܫܘܝܘܬܐ æqualitas. ܛܝܒܘܬܐ gratia: & alia eiuſdem generis.

Item quæ deriuātur a maſculinis,& deſinunt in ܬܐ, ſiue aſperum ſit,ſiue lene; vt

ܒܪܬܐ filia. ܓܒܪܬܐ virago.
ܥܠܝܡܬܐ iuuenis. ܕܟܝܬܐ pura.
ܛܠܝܬܐ puella. ܫܒܝܚܬܐ clara.
ܓܒܝܬܐ electa. ܩܕܝܫܬܐ ſancta.
ܣܒܬܐ anus. ܚܛܝܬܐ peccatrix.

ܡܣܟܢܬܐ

ܡܝܩܪܢܝܬܐ	honorabilis.	ܫܡܝܢܝܬܐ	cœleſtis.
ܡܫܒܚܢܝܬܐ	laudabilis.	ܫܠܝܚܝܬܐ	apoſtolica. &c.

Item ſubſtantiua, quæ ſimpliciter deſinunt in ܬܐ, ſiue molle, ſit, ſiue aſperum, vt

		ܡܠܬܐ	verbum.
ܫܒܬܐ	ſabbatum.	ܕܚܠܬܐ	timor.
ܪܚܡܬܐ	amor.	ܚܟܡܬܐ	ſapientia.
ܬܐܪܬܐ	conſcientia.	ܥܕܬܐ	eccleſia. &c.

Et quæ ſunt contracta a fœmininis, vt

ܛܒܐ	bona.	a	ܛܒܬܐ	bona.
ܣܓܝܐ	multa.		ܣܓܝܐܬܐ	multa.

vt S. Aphræm linguæ Chaldaicæ decus loco citato ait:

Melior eſt ſapientia armis, ܛܒܐ ܗܝ ܚܟܡܬܐ ܡܢ ܡܐܢܐ

& Pſalm. LXXXVI.

ܡܛܠ ܕܐܢܬ ܡܪܝܐ ܛܒ ܐܢܬ ܘܣܓܝܐܐ ܗܝ ܛܝܒܘܬܟ ܠܟܠܗܘܢ ܕܩܪܝܢ ܠܟ : ideſt,

Quoniam tu Domine bonus es, & multa eſt gratia, ſeu miſericordia tua omnibus, qui inuocant te. Quæ nomina quamuis tunc maſculinis ſint ſimilia: ſenſu tamen, & ſignificatione ſunt fœminina: & cognoſci poſſunt ex vocibus, cũ quibus ſunt coniuncta,

niuncta,

niunctas;vt patet in exēplis citatis.Huc reuocantur cōtracta in ܬ ſolum, modo non ſit virorum;vt ܡܫܘܕܥܢܬ ſignificans. ܡܣܟܠܢܬ intelligere faciens. ܡܠܝܬ plena. ܡܫܡܠܝܢܬ perficiens,& ſimilia. Et ea, quæ contrahuntur a ſubſtantiuis fœmininis;vt ܛܝܒܘܬ gratia. ܫܘܝܘܬ æqualitas. ܡܠܟܘܬ regnū.

ܐܬܪܬ ܘܐܬܪܘܬ		ܐܬܪ	locus.
ܪܓܬ		ܪܓܬܐ	deſiderium.
ܚܟܡܬ		ܚܟܡܬܐ	ſapientia.
ܡܠܬ		ܡܠܬܐ	verbum.
ܥܠܬ		ܥܠܬܐ	cauſa.
ܢܫܡܬ	vel	ܢܫܡܬܐ	ſpiritus,ſpiraculū.
ܕܚܠܬ		ܕܚܠܬܐ	timor.
ܫܥܬ		ܫܥܬܐ	hora.
ܩܫܪܬ		ܩܫܪܐ	trabs.
ܟܪܝܬ		ܟܪܝܘܬܐ	triſtitia.
ܒܘܪܟ		ܒܘܪܟܬܐ	genu.

ܟܐܦ lapis. vt illud Lucæ XI.

ܟܠ ܡܠܟܘܬܐ ܕܬܬܦܠܓ ܥܠ ܢܦܫܗ ܬܬܚܪܒ :

ideſt, Omne regnum, quod diuiditur ſupra animam ſuam, ideſt, ſe ipſum, deſolabitur, ſeu deſtruetur. Et Matth. XX.

ܗܢܘܢ ܐܚܪܝܐ ܫܥܐ ܚܕܐ ܥܒܕܘ :

Hi vltimi vna hora fecerunt. Et XVIII.

ܕܥܠ ܦܘܡ ܬܪܝܢ ܐܘ ܬܠܬܐ ܣܗܕܝܢ ܢܩܘܡ ܟܠ ܡܠܐ :

ideſt, Vt in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum. Et Eccleſiaſt. I. ܟܠ ܚܟܡܬܐ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝܐ ܗܝ :

ideſt, Omnis ſapientia ex ante Dominum eſt. Et Pſalm. CL. ܟܠ ܢܫܡܬܐ ܬܫܒܚ ܠܡܪܝܐ :

ideſt, Omnis ſpiritus laudet Dominnm. Et Matth. XXIV.

ܕܠܐ ܬܫܬܒܩ ܟܐܦܐ ܥܠ ܟܐܦܐ ܕܠܐ ܬܫܬܪܐ :

Quod non relinquetur lapis ſuper lapidem, qui non deſtruatur.

Notandum eſt tertio, quædam nomina habere formam fæmininorum, & eſſe maſculina: quædam vero contra; primi generis ſunt: ܚܕܬܐ nouus. ܩܫܬܐ arcus.

ܥܘܡܩܬܐ profunditas.	ܙܝܘܬܐ decus.
ܐܨܒܬܐ ornamentum.	ܡܘܬܐ mors.
ܩܘܫܬܐ veritas.	ܪܘܬܐ conuerſatio.
ܒܝܬܐ domus:	ܬܘܬܐ morus.
ܢܚܬܐ veſtimentum.	ܙܝܬܐ oliua:

ܦܬܘ̈ܬܐ fruſta panis:. His adiunge ea, quæ deriuantur a maſculino ſingulari, vt ſunt

ܠܠܝ̈ܘܬܐ	noctes:	a	ܠܠܝܐ	ideſt, nox.
ܝܘ̈ܡܬܐ	dies:		ܝܘܡܐ	dies:
ܐܒ̈ܗܬܐ	patres:		ܐܒܐ	pater:
ܚܝ̈ܠܘܬܐ	virtutes:		ܚܝܠܐ	virtus:
ܐܪ̈ܝܘܬܐ	leones:		ܐܪܝܐ	Leo:
ܠܒ̈ܘܬܐ	corda:		ܠܒܐ	cor:

Item nomina proficiſcentia a verbis habentibus ܐ, vt

ܡܝܬܬܐ	vel	ܡܝܬܐ	mortuus.
ܡܬܩܢܬܐ		ܡܬܩܢܐ	emẽdatus, correctus, exactus.

Secundo vero generis ſunt vt

ܠܓܝܢܐ	lagena	ܐܪܢܒܐ	lepus
ܐܘܪܚܐ	via	ܥܘܪܕܥܢܐ	rana
ܐܠܦܐ	nauis	ܐܬܢܐ	aſina
ܐܪܥܐ	terra	ܐܢܐܦܘܪܐ	miſſa

ܐܡܝܠܠܐ tapetum. ܐܠܥܐ coſta

ܐܣܛܠܐ ſtola ܐܣܦܘܓܐ ſpongia

ܐܣܛܐܪܐ ſtatera ܐܦܟܪܐ cibus,qui intra ſto-machum lurconum comburitur,& fumum in gutture efficit.

ܒܐܪܐ puteus ܒܥܝܪܐ iumentum

ܒܩܪܐ grex ܓܪܒܝܐ aquilo

ܓܠܓܠܐ currus, rota ܓܘܪܢܐ concha lapidea

ܓܘܕܐ acies ܓܗܢܐ gehenna

ܕܘܢܒܐ cauda ܕܘܗܢܐ fucus

ܕܒܒܐ muſca ܓܒܐ latus

ܘܠܐ velum ܙܩܐ vter

ܚܘܪܕܐ ciconia ܚܩܠܐ campus

ܚܣܪܐ auricularis ܚܢܟܐ palatum

ܛܝܪܐ volucris ܛܦܪܐ vnguis

ܝܡܝܢܐ dextra ܝܘܢܐ columba

ܝܪܘܪܐ animal vt canis ܟܢܫܐ multitudo

ܟܪܛܝܣ carta ܟܪܣܐ venter

ܡܘܡܐ

ܦܘܩܐܡܝܣܐ	ſubucula	ܟܟܪܐ	talentum
ܟܒܕܐ	iecur	ܟܢܦܐ	ala, ſeu latus
ܟܦܐ	palma	ܟܐܦܐ	lapis
ܠܓܝܘܢܐ	legio	ܠܘܚܐ	tabula
ܠܩܢܐ	vas æneum	ܡܒܘܥܐ	fons
ܡܢܐ	quadrans	ܡܠܚܐ	ſal
ܡܘܒܠܐ	pondus, onus	ܢܘܪܐ	ignis
ܢܦܫܐ	anima	ܢܩܝܐ	ouis
ܣܡܠܐ	ſiniſtra	ܣܦܣܪܐ	gladius
ܣܟܪܐ	ſcutum	ܣܐܬܐ	menſura
ܣܛܐ	vitis	ܣܦܪܐ	epiſtola
ܣܟܝܢܐ	culter	ܥܘܪܐ	puluis paleæ
ܥܪܣܐ	lectus	ܥܢܐ	oues
ܥܡܪܐ	cæſaries	ܥܢܢܐ	nubes
ܥܢܦܐ	ramus	ܥܩܪܐ	radix
ܥܩܒܐ	calx	ܥܠܥܠܐ	turbo
ܥܝܢܐ	oculus	ܦܬܩܐ	epiſtola

ܦܪܕܐ

ܦܪܟܐ	caſula idolorũ	ܦܕܢܐ	iugum boum
ܦܘܡܐ	acies	ܨܦܪܐ	auis
ܩܪܢܐ	cornu	ܩܘܦܕܐ	herinaceus
ܩܣܛܐ	vrceus	ܩܪܩܘܪܐ	ſcapha
ܩܛܪܩܐ	pharetra	ܪܘܚܐ	ſpiritus
ܪܟܫܐ	equi	ܪܘܡܚܐ	haſta
ܪܡܟܐ	grex equorum	ܪܚܝܐ	mola aſinaria
ܫܢܐ	dens	ܫܘܫܦܐ	ſudariolum
ܫܠܕܐ	cadauer	ܬܝܡܢܐ	Auſter
ܬܘܠܥܐ	vermis, & quædam alia.		

Huc etiam reduci poſsunt nomina membrorum geminorũ, vt

ܐܝܕܐ	manus	ܐܕܢܐ	auris
ܪܓܠܐ	pes	ܟܬܦܐ	humerus
ܒܘܪܟܐ	genu;	ܥܝܢܐ	oculus. & alia

quædam.

Item ea, quæ ſingulari numero fœmininorum formam habent, plurali vero maſculinorum, vt

ܫܒܬܐ	ſabbata	ܫܥܬܐ	horæ

ܡܠܐ

ܡ̈ܠܶܐ	verba	ܡܶܢ̈ܬܶܐ	pili
ܡܥܰܪ̈ܶܐ	cauernæ	ܣܰܘ̈ܟܶܐ	rami
ܥܶܢ̈ܒܶܐ	vuæ	ܦܶܣ̈ܶܐ	ſortes
ܓܘܦܢ̈ܐ	vites	ܓܘܒܢ̈ܐ	caſei
ܫܶܒ̈ܠܶܐ	ariſtæ	ܓܶܠ̈ܶܐ	mēbranæ, ſeu liber aliquis
ܡܓܰܠ̈ܶܐ	falces	ܐܰܡ̈ܶܐ	brachia
ܢܶܫ̈ܶܐ	fœminæ	ܐܰܦܫ̈ܪܶܐ	ſegmentum, ſeu par-

uus locus, in quo ſeminatur frumentum, & cet.

ܥܶܪ̈ܩܶܐ	corrigiæ	ܦܶܫ̈ܟܶܐ	pugillus
ܡܣܰܦ̈ܶܐ	ſcirpicula	ܓܘܡܪ̈ܐ	carbones
ܡܰܛܠ̈ܶܐ	tabernacula	ܩܰܘܡ̈ܶܐ	ſtaturæ
ܟܰܠ̈ܶܐ	nurus	ܟܰܠ̈ܠܶܐ	linteola
ܙܰܒ̈ܢܺܝܢ	vices.	ܩܘܪ̈ܝܐ	rura

Quæ fiunt a ܫܰܒܬܳܐ ſabbato. ܫܳܥܬܳܐ hora. ܡܶܠܬܳܐ verbo. vt ex capite ſequenti patebit. Quorum omnium exempla paſſim apud auctores reperiuntur.

Notandum eſt quarto, Nomina prouinciarum, inſularum, vrbium, caſtellorum, & aliorum pagorum, vt plurimum eſſe fœminini generis, vt ܣܘܪܝܐ Syria. ܐܝܛܠܝܐ Italia. ܐܘܪܗܝ

ܐܘܪܫܠܡ Ieruſalem,&c.Rurſus nomina Græca;& ſi quæ ſunt Latina, ſunt illius fere generis, cuius ſunt in illa lingua, a qua proficiſcuntur, vt ܐܣܦܝܣ aſpis. ܡܐܬܘܕܘܣ methodus. ܣܘܢܗܕܘܣ ſynodus. ܗܘܠܐ materia, &c. quæ ſunt fœminini generis.Si vero ſint neutra cum apud Chaldæos genus fœmininum pro neutro,& interdum etiam maſculinum,vſurpetur; fit, vt aliquando fœminini, aliquando maſculini ſint generis.

Fœminini quidem vt ܬܐܛܪܘܢ theatrum. ܦܪܛܘܪܝܘܢ prætorium,&c. Maſculini autem generis,vt ܐܣܛܕܝܘܢ ſtadium. ܐܪܓܢܘܢ organum. ܕܘܓܡܐ dogma. ܬܐܘܪܡܐ theorema, &c. Item ſunt fœminini generis ܫܝܘܠ profunditas,quæ aliquando ſumitur pro inferno, in quo cruciantur damnati; aliquādo pro limbo,in quo fuerunt ſancti patres; aliquando pro purgatorio. ܬܢܐܝ pactum,ſeu conditio. ܛܘܥܝܝ ſeductio,error. ܛܘܫܝܝ abſconditum. ܓܘܓܝ araneus. ܬܐܒܝܠ orbis,ſeu terra. ܢܩܦܐ quiſquiliæ,fimus. ܡܣܪܩܠܐ craticula. Item hoc nomen ܛܝܡܐ pretium,ſeu honor, ſingulari numero eſt fœminini generis, & legitur cum ܼ ſupra ܡ; numero vero plurali eſt maſculini generis, & legitur cum ܵ ſupra eandem litteram ܡ, vt ܛܝܡ̈ܐ pretia.

Notandum eſt quinto,quædam nomina eſſe vtriuſque generis cu-

excluſione, poſterior vero, poſitione geminorum punctorum, vt in primo libro dictum eſt, internoſci ſolent. Hic autem nobis explicandum eſt, quo modo nomina fiãt ſingularia, & pluralia; & quoniam magna eſt varietas formandi numeri pluralis a ſingulari in nominibus, vt diſtinctius, ac facilius procedamus, ſunt aſsignandi præcipui modi, quibus ipſa nomina de ſingulari migrant ad pluralem numerum. Itaque nomina pluralia fiunt ſeptem potiſsimum modis, videlicet:

vel
- Mutatione vocalium.
- Additione vocalium.
- Mutatione, & additione vocalium.
- Reiectione vnius vocalis, & poſitione alterius.
- Additione vocalium, & mutatione litterarum.
- Additione litterarum, & vocalium.
- Diminutione, ſeu detractione litterarum, & mutatione vocalium.

Circa primum igitur modum notandum eſt primo, mutationem vocalium eſſe duplicem, vel in medio, vel in fine. In medio quidem eſt primum in omnibus fere nominibus in ܘܬܐ cũ ܳ; quæ, cum fiunt pluralia, mutant ܳ in ܺ ſupra ܘ, vt a

ܛܝܒܘܬܐ	gratia	fit	ܛܝܒܘܬܐ	gratiæ
ܢܡܘܣܝܘܬܐ	legalitas		ܢܡܘܣܝܘܬܐ	legalitates
ܪܐܘܬܐ	fœditas		ܪܐܘܬܐ	fæditates.

A nomine vero ܐܣܝܘܬܐ ſanitas, vel fit ܐܣܘܬܐ ſanitates: ablatione litteræ ܝ, & quieſcente ܣ, vt prius: vel ܐܣܘܬܐ, & tunc ſequitur regulam. Quædam autem nomina præſertim duarum ſyllabarum, præter ܺ ſupra ܘ habent

bent y ſupra ſecundam,vt ܨܠܘܬܐ oratio. ܨܠܘ̈ܬܐ orationes. Quædam vero ſupra primã aſſumunt ↄ vt ܨܒܘܬܐ res. ܨܒܘ̈ܬܐ res. ܕܡܘܬܐ ſimilitudo. ܕܡܘ̈ܬܐ ſimilitudines. ܪܒܘܬܐ myrias. ܪܒܘ̈ܬܐ myriades. a ܦܘܪܬܐ tamen, rheno,fit ܦܘܪ̈ܡܘܬܐ cum ܡ affecto y, rhenones, ſeu lecti.

Secundo, in omnibus fere nominibus tribus, quatuor, vel quinque ſyllabis in ܝܬܐ, in quibus mutatur / in ʼ, vt

ܥܠܝܬܐ	habitatio ſuperior	ܥܠ̈ܝܬܐ	habitationes &c.
ܪܒܝܬܐ	foenus	ܪ̈ܒܝܬܐ	foenera
ܫܡܝܢܝܬܐ	cæleſtis	ܫܡܝ̈ܢܝܬܐ	cæleſtes
ܛܘܒܢܝܬܐ	felix	ܛܘܒܢ̈ܝܬܐ	felices
ܡܠܟܘܢܝܬܐ	reginula	ܡܠܟ̈ܘܢܝܬܐ	reginulæ.

Tertio, in paucis quibuſdam, vt ܡܣܐܬܐ menſura quædã, vel vnum e duodecim ſignis cæleſtibus, quod dicitur Libra. ܡܣ̈ܐܬܐ Libræ. ܣܢܐܬܐ odium ܣܢ̈ܐܬܐ odia. ܦܠܐܬܐ parabola. ܦܠ̈ܐܬܐ parabolæ. in quibus y, & ↄ ſupra ſecundam mutantur in ʼ.

In fine autem eſt primum in nominibus maſculini generis; quorum finis eſt / cum ʼ ſupra penultimam, in quibus, vt

plu-

plurimũ mutatur ܰ ſupra penultimam in ܳ : vt ſing.num. a

ܓܒܪܐ	vir fit	ܓܒܪܐ	viri. a
ܛܠܝܐ	puer	ܛܠܝܐ	pueri
ܛܒܐ	bonus	ܛܒܐ	boni
ܚܛܗܐ	peccatum	ܚܛܗܐ	peccata
ܩܕܝܫܐ	ſanctus	ܩܕܝܫܐ	ſancti
ܡܝܬܐ	defunctus	ܡܝܬܐ	defuncti
ܥܡܘܪܐ	habitator	ܥܡܘܪܐ	habitatores
ܡܝܘܬܐ	mortalis	ܡܝܘܬܐ	mortales
ܚܕܬܐ	nouus	ܚܕܬܐ	noui
ܡܫܠܛܢܐ	dominator	ܡܫܠܛܢܐ	dominatores.
ܚܝܠܬܢܐ	potens	ܚܝܠܬܢܐ	potentes
ܢܟܘܠܬܢܐ	fraudulentus	ܢܟܘܠܬܢܐ	fraudulenti
ܡܫܡܫܢܐ	miniſter	ܡܫܡܫܢܐ	miniſtri
ܐܝܠܢܐ	arbor	ܐܝܠܢܐ	arbores
ܐܝܡܡܐ	dies	ܐܝܡܡܐ	dies
ܫܡܝܢܐ	coeleſtis	ܫܡܝܢܐ	coeleſtes

ܐܪܥܢܝܐ

ܢܝܪܐ	iugum	ܢܝܪ̈ܐ	iuga
ܣܢܝܐ	exoſus	ܣܢܝ̈ܐ	exoſi.

& alia innumera eiuſdem generis.

Item, & in nominibus fœmininis maſculinorum formã habentibus: de quibus capite præcedenti vt ab

ܥܠܥܐ	coſta	ܥܠܥ̈ܐ	coſtæ
ܛܦܪܐ	vnguis	ܛܦܪ̈ܐ	vngues. & cet.

Et in quibuſdam nominibus: quorum penultima eſt ܬ, vt

ܦܬܘܬܐ	mica	ܦܬܘܬ̈ܐ	micæ
ܬܨܒܝܬܐ	ornamentum	ܬܨܒܝ̈ܬܐ	ornamenta
ܙܐܬܐ	fœditas	ܙܐܬ̈ܐ	fœditates
ܕܘܥܬܐ	ſudor	ܕܘܥ̈ܬܐ	ſudores
ܪܘܥܬܐ	ſpuma	ܪܘܥ̈ܬܐ	ſpumæ
ܫܘܚܬܐ	rubigo	ܫܘܚ̈ܬܐ	rubigines
ܪܓܫܬܐ	ſenſatio	ܪܓܫ̈ܬܐ	ſenſationes
ܪܦܬܐ	cura	ܪܦ̈ܬܐ	curæ
ܚܣܪܬܐ	nocumentum	ܚܣܪ̈ܬܐ	nocumenta
ܒܙܬܐ	direptio	ܒܙ̈ܬܐ	direptiones

ܡܣܬܐ

ܐܣܘ̈ܬܐ medici. ܪ̈ܥܘܬܐ paſtores. ܡܫܬܝ̈ܢܐ potatores.

Secundo eſt in nominibus quibuſdã per ܡ incipientibus, & vel ſupra ܡ, vel certe ſupra litteram ipſum ܡ ſubſequentem, ܐ habentibus; & eodem modo, quo præcedentia nomina deſinentibus: ſupra enim antepenultimam additur ܐ, vt in præcedenti regula dicebamus, vt

ܡܥܡܪܐ habitatio ܡܥܡܪ̈ܐ habitationes

ܡܫܡܠܝܐ perfectus ܡܫܡܠܝ̈ܐ perfecti

ܡܡܚܝܐ verberatus ܡܡܚܝ̈ܐ verberati, ſeu vulnerati. Excipiuntur quædam vt ܡܓܪܘܦܐ furcilla. ܡܩܫܬܐ cucumerarium; a quibus fit ܡܓܪ̈ܘܦܬܐ furcillæ. ܡܩܫ̈ܘܬܐ cucumeraria.

Tertio eſt in nominibus diſſyllabis per ܐ incipiẽtibus, & in ܐ affectum ܝ cum ܐ deſinentibus; in quibus illud ܐ, quo prima conſonans ſingulari numero afficitur, numero plurali deſcendit ad ſecundam conſonantem manente prima quieſcẽte ſine vlla alia mutatione in vocalibus, vt

ܓܒܝܐ electus ܓܒܝ̈ܐ electi

ܟܣܝܐ abſconditus ܟܣܝ̈ܐ abſconditi

ܓܠܝܐ reuelatus ܓܠܝ̈ܐ reuelati

ܫܠܝܐ quieſcens ܫܠܝ̈ܐ quieſcentes

illam litteram, ſupra quam debebat eſſe ܼ numero plurali: & ܼ ſupra ܼ mutatur in ܼ ſic ܦܪ̈ܘܬܐ fragmenta. ܛܠܝܐ pueri. ܚܕ̈ܝܐ pectora: hoc vltimum facit etiam ܚܕܘܬܐ pectora. Excipiuntur hæc etiam, ܚܝܐ viuus. ܩܪܝܐ frigus, quæ mutant ſolum ܼ in ܼ ſic, ܚ̈ܝܐ viui. ܩܪ̈ܝܐ frigora. Item ܟܪܝܐ cum eſt adiectiuũ, ſignificat duo, vel mæſtum: vel breue: & ſequitur regulam; facit enim ܟܪ̈ܝܐ: cum vero eſt ſubſtantiuum, ſignificat cumulum, & aſſumit ܘ, & ܬ, vt illa, de quibus agemus in ſexto modo, ſic ܟܪܘ̈ܬܐ cumuli. Ad prædictam regulam reuocari poſſunt hæc duo ܬܕܐ vber, & ܐܦܐ modus: quæ eodem plane modo ſe habent plurali numero, vt ܬܕ̈ܝܐ vbera. ܐܦ̈ܝܐ modi.

Quarto in nominibus fœmininis, trium, quatuor, vel quinque ſyllabarum in ܬܐ aſperum exeuntibus, cum ܼ ſupra eã conſonantem, quæ præcedit ܼ: hæc enim ſumunt aliud ܼ ſupra antepenultimam, quæ eſt ܼ, vt

ܥܠܝܬܐ	alta	ܥܠܝ̈ܬܐ	altæ
ܟܝܢܝܬܐ	naturalis	ܟܝܢܝ̈ܬܐ	naturales
ܫܡܝܢܝܬܐ	cæleſtis	ܫܡܝܢܝ̈ܬܐ	cæleſtes
ܪܘܚܢܝܬܐ	ſpiritualis	ܪܘܚܢܝ̈ܬܐ	ſpirituales

ܐܣܟܝܡܛܝܩܝܬܐ figuralis ܐܣܟܝܡܛܝܩܝܬܐ figurales,&c.

Quinto in nominibus quibuſdam fœmininis, quorum prima, vel ſecunda conſonans eſt affecta ܝ; & penultima ܬܐ ſolet eſſe aſpera: hæc enim numero multitudinis recipiunt ܐ ſupra antepenultimam, quæ in ſingulari erat quieſcens, vt

ܡܝܠܕܬܐ	genita	ܡܝܠܕ̈ܬܐ	genitæ
ܣܝܡܬܐ	poſita	ܣܝܡ̈ܬܐ	poſitæ
ܠܝܛܬܐ	maledicta	ܠܝܛ̈ܬܐ	maledictæ
ܪܚܝܡܬܐ	amata	ܪܚܝܡ̈ܬܐ	amatæ
ܛܥܝܢܬܐ	portans, ferens	ܛܥܝܢ̈ܬܐ	portantes
ܫܒܝܚܬܐ	laudabilis	ܫܒܝܚ̈ܬܐ	laudabiles.
ܥܒܝܕܬܐ	facta	ܥܒܝܕ̈ܬܐ	factæ
ܦܪܝܩܬܐ	ſaluata	ܦܪܝܩ̈ܬܐ	ſaluatæ

Item nomina diſſyllaba, quorum prima conſonans eſt quieſcens, ſecunda vero mota motione ܘ, & eorum penultima eſt ܬܐ, eamdem ſumũt vocalem ſupra antepenultimam, vt

ܟܢܘܫܬܐ	congregatio	ܟܢܘܫ̈ܬܐ	congregationes.
ܒܬܘܠܬܐ	virgo	ܒܬܘܠ̈ܬܐ	virgines

Quædam tamen eiuſdem ſpeciei recipiunt ܝ antepenultimã, illamq. ܐ afficiunt, vt

ܙܥܘܪܬܐ	parua	ܙܥܘܪܬܐ	paruæ
ܦܣܬܐ	dorſum manus	ܦܣܬܐ	dorſa manus
ܐܣܛܠܓܝܬܐ	ſtrigilis	ܐܣܛܠܓܝܬܐ	ſtrigiles
ܕܘܟܬܐ	locus	ܕܘܟܝܬܐ	loci
ܚܘܓܬܐ	circuitio	ܚܘܓܬܐ	circuitiones
ܚܨܘܦܬܐ	teſta	ܚܨܘܦܬܐ	teſtæ
ܣܘܣܝܬܐ	equa	ܣܘܣܝܬܐ	equæ

Item nomina diſſyllaba, vel triſſyllaba in ܬܐ exeuntia, vt

ܛܒܬܐ	bona	ܛܒܬܐ	bonæ
ܣܒܬܐ	anus	ܣܒܬܐ	anus
ܡܪܬܐ	domina	ܡܪܬܐ	dominæ
ܡܪܪܬܐ	fel	ܡܪܪܬܐ	fella
ܚܪܬܐ	concertatio	ܚܪܬܐ	concertationes
ܨܘܪܬܐ	imago	ܨܘܪܬܐ	imagines
ܚܒܘܫܬܐ	cicatrix	ܚܒܘܫܬܐ	cicatrices
ܕܚܠܬܐ	timor	ܕܚܠܬܐ	timores

ܪܚܡܬܐ

ܕܒܚܬܐ	hoſtia	ܕܒܚ̈ܬܐ	hoſtiæ
ܚܟܡܬܐ	ſapientia	ܚܟܡ̈ܬܐ	ſapientiæ
ܥܬܝܪܬܐ	diues	ܥܬܝܪ̈ܬܐ	diuites
ܫܦܝܪܬܐ	pulchra	ܫܦܝܪ̈ܬܐ	pulchræ
ܥܡܝܩܬܐ	profunda	ܥܡܝܩ̈ܬܐ	profundæ
ܙܕܝܩܬܐ	iuſta	ܙܕܝܩ̈ܬܐ	iuſtæ
ܬܡܝܡܬܐ	ſimplex	ܬܡܝܡ̈ܬܐ	ſimplices
ܣܘܟܬܐ	ramus	ܣܘ̈ܟܬܐ	rami
ܐܘܚܕܬܐ	apprehenſio	ܐܘ̈ܚܕܬܐ	apprehenſiones
ܬܘܠܡܬܐ	ſulcus	ܬܘܠ̈ܡܬܐ	ſulci

Notandum eſt tertio, circa tertium, mutationem, & additionem vocalium Primo eſſe in quibuſdam nominibus diſſyllabis in ܬܐ, quorum prima conſonans eſt quieſcens, ſecunda vero eſt affecta ܼ: hæc enim in plurali transferunt ܼ a ſecunda ad primam; & addunt aliud ܼ penultimæ, vt

ܚܒܪܬܐ	ſocia	ܚܒܪ̈ܬܐ	ſociæ
ܣܟܠܬܐ	ſtulta	ܣܟܠ̈ܬܐ	ſtultæ
ܛܠܝܬܐ	puella	ܛܠܝ̈ܬܐ	puellæ

Excipe

Excipe quædam vt ܡܬܬܢܚܬܐ ſuſpirium. ܢܦܣܬܐ ſpiraculū: quæ omnino in plurali ܲ reijciunt, locoq; ipſius ſupra primā conſonantem ſubſtituunt ܵ, vt ܡܬ̈ܬܢܚܬܐ ſuſpiria. ܢܦ̈ܣܬܐ ſpiracula. Excipe etiam ܡܫܚܬܐ turris, quod omnino etiam remouet ܲ: ſed ſupra primam poſtulat ܸ vt ܡ̈ܫܚܬܐ turres.

Secundo in nominibus, quæ incipiunt a ܝ affecto ܸ, & deſinunt in ܬܐ, vt

ܝܕܥܬܐ	ſcientia	ܝܕ̈ܥܬܐ	ſcientiæ
ܝܚܒܬܐ	fratria	ܝܚ̈ܒܬܐ	fratriæ
ܝܙܦܬܐ	mutuum	ܝܙ̈ܦܬܐ	mutua. Quæ mu-

tāt ܸ in ܲ, & recipiunt aliud ܸ ſupra antepenultimā vt vides.

Præterea, quæ habent ſupra ſecundam ܵ, idem ܵ ad ſecundam transferunt, vt

ܢܨܒܬܐ	planta	ܢܨ̈ܒܬܐ	plantæ
ܡܨܝܓܬܐ	aurificium	ܡܨ̈ܝܓܬܐ	aurificia
ܢܓܪܬܐ	torrens	ܢܓ̈ܪܬܐ	torrentes
ܥܓܠܬܐ	vitula	ܥܓ̈ܠܬܐ	vitulæ

Item quædam nomina eodem modo deſinentia: ſed per conſonantem affectam ܸ incipientia, ipſum ܸ mutant in ܲ, vt

vt ܬܘܪܬܐ taura ܬܘܪ̈ܬܐ tauræ

ܩܛܝܦܬܐ collectio vuarum, vel oliuarum.

ܩܛܝܦ̈ܬܐ collectiones, &c.

Tertio in nominibus diſſyllabis fœmininis in ܝܬܐ cum ◌ܰ, & ܬ molli, quorum prima conſonans eſt quieſcens; quæ quidem deriuari ſolent a nominibus maſculinis, de quibus diximus in ſecundo modo, vt a ܓܒܝܐ electus. ܓܒܝܬܐ electa, & ſic de cæteris; hæc igitur numero multitudinis mutant ◌ܰ in ◌ܶ, & illis additur in principio ◌̈ vt

ܓܒܝܬܐ electa	ܓܒܝ̈ܬܐ electæ
ܟܣܝܬܐ abſcondita	ܟܣܝ̈ܬܐ abſconditæ
ܓܠܝܬܐ reuelata	ܓܠܝ̈ܬܐ reuelatæ
ܕܟܝܬܐ pura	ܕܟܝ̈ܬܐ puræ
ܩܫܝܬܐ dura	ܩܫܝ̈ܬܐ duræ
ܫܠܝܬܐ quieſcens	ܫܠܝ̈ܬܐ quieſcentes
ܒܪܝܬܐ creata	ܒܪܝ̈ܬܐ creatæ
ܩܪܝܬܐ vocata	ܩܪܝ̈ܬܐ vocatæ

Cum vero hęc duo vltima ſunt ſubſtantiua, habent aliam ſignificationem, aliumq. modum formandi numeri multitudinis. ܒܪܝܬܐ enim tunc ſignificat creaturam, & ſupra primam conſonan-

ſonantem loco ܝ recipit ܬ, vt ܒܪ̈ܝܬܐ creaturæ. ܡܕܝܢܬܐ vero tunc eſt nomen, tam ruri, quam vrbi commune; quo fit vt nunc pro rure, nunc pro vrbe in ſacris litteris vſurpetur; in plurali autem reijcit ܬܐ, & poſt ܢ, recipit ܘ cum ܬܐ ſic; ܡܕܝܢܘ̈ܬܐ rura, ſeu vrbes.

Notandum eſt quarto, circa quartum modum, quędam nomina reijcere vnam vocalem, ſi qua eſt ab vna littera, illamq; quieſcentem relinquere; & aliam vocalem ſupra aliam litteram de nouo addere; vt vides in his nominibus,

ܩܝܡܬܐ ſtans, ſeu ſurgens ܩܝ̈ܡܬܐ ſtantes

ܦܪܚܬܐ volucris ܦܪ̈ܚܬܐ volucres

ܥܡܝܪܬܐ habitata ܥܡܝ̈ܪܬܐ habitatæ

ܦܪܥܬܐ reddens, retribuens ܦܪ̈ܥܬܐ reddentes,

In quibus reijcitur illa vocalis, quæ eſt ſupra ſecundam, & ponitur ܿ ſupra antepenultimam; ſic etiam ܣܝܒܪܬܐ cibus, victus, ſuſtentatio. ܣܝ̈ܒܪܬܐ cibi, &c. in quo numero multitudinis ܿ a ܒ excluditur, & ſic in alijs. Item hæc

ܡܦܩܬܐ exitus ܡܦ̈ܩܬܐ exitus

ܡܫܒܚܬܐ laudabilis ܡܫ̈ܒܚܬܐ laudabiles

ܡܩܒܠܬܐ acceptabilis ܡܩ̈ܒܠܬܐ acceptabiles

ܡܩܒܠܢܘܬܐ

ܡܫܘܬܦܢܝܬܐ communicabilis,participata, ܡܫܘܬܦܢܝܬܐ communicabiles,& alia: quæ eodem plane modo ſe habent ac præcedentia; fiunt enim pluralia reiectione ſecundæ vocalis, et additione ܳ ſupra antepenultimam.

Notandum eſt quinto,circa quintum modum, additionem vocalium, & mutationem litterarum, ſolere eſſe in quibuſdam nominibus incipiĕtibus ab aliqua littera affecta ܘ & deſinentibus in ܐ, cuius penultima ſit ܝ, qualia ſunt ܐܘܪܝܐ præſepe. ܣܘܣܝܐ equus. ܟܘܕܢܝܐ mulus. ܟܘܪܣܝܐ ſedes. ܩܘܒܝܐ fiſtula, ductus aquæ: quæ in plurali mutant ܝ in ܘ affectum ܳ, & litteram, quæ præcedit ipſum ܘ, afficiunt ܰ, & recipiunt litteram ܬ, quæ ſit penultimæ litteræ ܐ ſic, ܐܘܪܘܬܐ prĕſepia. ܣܘܣܘܬܐ equi. ܟܘܕܢܘܬܐ muli. ܟܘܪܣܘܬܐ ſedes. ܩܘܒܘܬܐ fiſtulæ,ſeu ductus aquæ.

Huc reuocari poſſunt ܐܦܝܐ coquina. ܚܘܝܐ ſerpens. ܢܩܝܐ ouis. ܪܚܝܐ lapis molaris: quæ eodem modo fiunt pluralia, amittunt tamen priores,quas poſſident vocales,ſic, ܐܦܘܬܐ coquinæ. ܚܘܘܬܐ ſerpentes. ܢܩܘܬܐ oues. ܪܚܘܬܐ lapides molares. Excipiuntur tamen ܓܘܪܝܐ catulus. ܡܘܕܝܐ modium; quorum prius amittit ܘ cum ܳ, & aſſumit ܰ ſupra ܪ, ſic, ܓܪܝܐ catuli: poſterius vero, & eodem modo, quo

M drius

prius, vt ܡܟ̈ܝܠܬܐ : & ſecundum regulam, vt ܡܟܝܠܘܬܐ ſemper tamen reiecto ܘ cum ܝ idest, modia.

Notandum eſt ſexto, circa ſextum modum, additionem litterarum, & vocalium, primo eſſe in quibuſdam nominibus, quibus numero plurali additur, vel ܢ cum ܝ vt

ܡܐܣܪܬܐ	faſciculus	ܡܐܣܪ̈ܢܝܬܐ	faſciculi.
ܦܩܘܩܬܐ	alabaſtrum.	ܦܩ̈ܘܩܝܬܐ	alabaſtra, & cęt.

vel ܘ cum ܝ, & littera ܬ, quæ ſit penultima addito tamē ܐ ſupra litteram, quę ipſum elementum ܘ præcedit, vt

ܢܗܪܐ	flumen	ܢܗܪ̈ܘܬܐ	flumina.
ܐܬܪܐ	regio, ſeu locus	ܐܬܪ̈ܘܬܐ	regiones
ܠܒܐ	cor	ܠܒ̈ܘܬܐ	corda
ܗܕܡܐ	membrum	ܗܕ̈ܡܘܬܐ	membra.

vel ܘ ſolum cum vocalibus prędictis eodem modo poſitis; vt

ܫܚܝܬܐ	axilla	ܫܚ̈ܘܬܐ	axillę
ܡܢܬܐ	pars	ܡܢ̈ܘܬܐ	partes
ܢܟܣܬܐ	ſacrificium	ܢܟ̈ܣܘܬܐ	ſacrificia
ܣܚܬܐ	ablutio	ܣܚ̈ܘܬܐ	ablutiones
Item ܒܗܢܐ	pollex	ܒܗ̈ܡܘܬܐ	pollices,

ܩܫܬܐ

ܟܢܬܐ conſeruus ſocius | ܟܢܘܬܐ conſerui,&c.

Vbi notandũ eſt etiam ea,quæ numero ſingulari habent ſupra primam conſonantem ܰ, vel ܳ ſupra ſecundã,in plurali illud ammittere. Vel ܗ cum ܳ & ܬ quod ſit etiã penultima, vt

ܐܡܐ mater	ܐܡܗܬܐ matres
ܫܡܐ nomen,appellatio	ܫܡܗܬܐ nomina,&c.

Vel ܗ cum … , vt

ܫܡܐ nomen	ܫܡܗܐ nomina
ܚܡܐ ſocer	ܚܡܗܐ ſoceri.

Vel ܬ ſolum cum ܳ , vt

ܪܘܚܐ ſpiritus	ܪܘܚܬܐ ſpiritus
ܢܦܫܐ anima	ܢܦܫܬܐ animæ
ܐܘܪܚܐ via	ܐܘܪܚܬܐ viæ
ܟܪܣܐ venter	ܟܪܣܬܐ ventres
ܥܪܣܐ lectus	ܥܪܣܬܐ lecti
ܟܒܕܐ iecur	ܟܒܕܬܐ iecora
ܟܬܦܐ humerus	ܟܬܦܬܐ humeri
ܐܪܥܐ terra	ܐܪܥܬܐ terræ

ܦܩܥܬܐ	campus	ܦܩܥ̈ܬܐ	campi
ܩܫܬܐ	arcus	ܩܫ̈ܬܐ	arcus
ܚܕܬܐ	noua	ܚܕ̈ܬܐ	nouæ, in qua voce

numero plurali ܕ omnino occultatur, & non legitur.

Notandum eſt ſeptimo, circa ſeptimum modum, diminutionem, ſeu detractionem litterarum, & mutationem vocalium eſſe primo in nonnullis nominibus, quibus aufertur ܘ cum ܳ, & ponitur ܿ ſupra antepenultimam, vt

ܡܪܩܘܕܬܐ	luctus, mœror	ܡܪܩ̈ܕܬܐ	luctus, mœrores.
ܡܦܘܠܬܐ	caſus	ܡܦ̈ܠܬܐ	caſus
ܓܪܘܣܬܐ	placenta	ܓܪ̈ܣܬܐ	placentæ.
ܬܫܒܘܚܬܐ	laus, gloria	ܬܫܒ̈ܚܬܐ	laudes
ܬܕܡܘܪܬܐ	admiratio	ܬܕܡ̈ܪܬܐ	admirationes
ܬܐܓܘܪܬܐ	mercatura	ܬܐܓ̈ܪܬܐ	mercaturæ
ܡܐܟܘܠܬܐ	eſus, cibus	ܡܐܟ̈ܠܬܐ	eſus.

Quibuſdam tamen eiuſdem ſpeciei nihil aufertur, ſed illis additur ܝ cum ܿ ante penultimam, vt

ܡܛܫܘܪܬܐ	latebra	ܡܛܫܘܪ̈ܝܬܐ	latebræ
ܡܚܕܘܪܬܐ	circuitus	ܡܚܕܘܪ̈ܝܬܐ	circuitus.

ܘܚܕܘܪܐ

ܕܒܘܪܬܐ apis | ܕܒܘܪ̈ܝܬܐ apes

ܦܛܪܝܬܐ fungus | ܦܛܪ̈ܝܬܐ fungi

ܐܡܪܬܐ agna | ܐܡܪ̈ܬܐ agnæ

Secundo in quibuſdam nominibus numeri ſingularis deſinentibus in ܬܐ cum ܬ affecto motione ; hæc enim numero plurali reijciunt illud ܬ, & mutant in , vt,

ܫܒܬܐ ſabbatum | ܫܒ̈ܐ ſabbata

ܡܠܬܐ verbum | ܡܠ̈ܐ verba

ܓܢܬܐ hortus | ܓܢ̈ܐ horti

ܡܢܬܐ pilus | ܡܢ̈ܐ pili

ܟܣܬܐ paropſis | ܟܣ̈ܐ paropſides

ܡܣܢܬܐ ſcirpiculum | ܡܣܢ̈ܐ ſcirpicula

ܡܓܠܬܐ ſcheda, mēbrana | ܡܓ̈ܠܐ ſchedæ, &c.

ܡܓܠܬܐ falx | ܡܓ̈ܠܐ falces

ܡܥܪܬܐ cauerna | ܡܥܪ̈ܐ cauernæ

ܥܪܩܬܐ corrigia | ܥܪ̈ܩܐ corrigiæ

ܥܢܒܬܐ vua | ܥܢ̈ܒܐ vuæ

ܟܘܬܐ	feneſtra	ܟ̈ܘܐ	feneſtræ
ܦܣܬܐ	furfur	ܦ̈ܣܐ	furfures
ܣܟܬܐ	ſpina	ܣ̈ܟܐ	ſpinæ
ܣܥܪܬܐ	hordeum	ܣܥ̈ܪܐ	hordea
ܩܠܦܬܐ	cortex	ܩܠ̈ܦܐ	cortices
ܕܡܥܬܐ	lachryma	ܕܡ̈ܥܐ	lachrymæ
ܫܓܕܬܐ	amygdala	ܫܓ̈ܕܐ	amygdalæ
ܚܛܬܐ	triticum	ܚܛ̈ܐ	tritica
ܬܐܢܬܐ	ficus	ܬܐ̈ܢܐ	ficus
ܡܚܠܬܐ	cribrũ,ſetaceum	ܡܚ̈ܠܐ	cribra,ſetacea.&c.

Præter hæc porro quæ diximus, obſeruandum eſt primo, quædam nomina, quę voce ſingulari multitudinem ſignificãt, iterum,& voce,& ſignificatione fieri pluralia, cuiuſmodi ſunt nomina collectiua,vt

ܣܕܪܐ	acies	ܣܕ̈ܪܐ	acies
ܚܝܠܐ	exercitus	ܚܝ̈ܠܐ	exercitus
ܡܫܪܝܬܐ	agmen	ܡܫܪ̈ܝܬܐ	agmina
ܥܢܐ	grex	ܥ̈ܢܐ	greges

Obſer-

Obſeruandum eſt ſecundo, eſſe quædam nomina, quæ licet ſignificatione interdum ſint ſingularia, interdum pluralia; cum tamen voce pluralia ſint, quia duo illis ſemper adduntur puncta, iterū pluralia eſſe non poſſunt: & penultima afficitur ܿ, vt ܥ̈ܢܐ oues. ܪ̈ܚܫܐ reptilia. ܪ̈ܟܫܐ equi. ܦܪ̈ܚܬܐ volucres.

ܒ̈ܥܝܪܐ iumenta; vt Leuit. XX.

ܦܪܘܫܘ ܒܝܢ ܒ̈ܥܝܪܐ ܕܟ̈ܝܐ ܠܛ̈ܡܐܐ.

Separate inter iumentum mundum, & immundum. Et Pſalm. CVII. ſecundum Chaldæos, CVI. iuxta Latinos.

ܒܪܟ ܐܢܘܢ ܘܣܓܝܘ ܛܒ ܘܒ̈ܥܝܪܝܗܘܢ ܠܐ ܐܙܥܪ..

Benedixit eos, & multiplicati ſunt valde, & iumenta eorum nō ſunt minuta. Hinc apertę colligitur nonnullos ſcriptores, qui regularum Grammaticæ, vel neſcij, vel certe immemores, prædicta nomina ſine punctis ſcribunt, eſſe omnino corrigendos. Sunt etiam quædam alia nomina, quæ non habent numerum ſingularem, & eodem modo cum ܿ leguntur, vt ܡ̈ܝܐ aqua, ܕܡ̈ܝܐ pretium.

Obſeruandum eſt tertio, quædam eſſe nomina, quæ licet quoad ſignificationem ſingularem videlicet, & pluralem differant; quoad vocē tamen a ſingulari nonniſi punctis differunt: quo fit, vt in plurali eodem plane modo, quo in ſingulari legantur, vt ܐܢܫܐ homo ܐ̈ܢܫܐ homines

ܫܡܝܐ coelum ܫ̈ܡܝܐ coeli.

Obſeruandum eſt quarto, quædam eſſe nomina, quæ partim ſequuntur regulas ſupradictas; partim vero non item; mutant enim locum propriarum litterarum, vel deperdunt quaſdam

litteras

litteras,& alias aſſumũt, vt vides in varijs ſubiectis nominib. vt

ܡܫܘܚܬܐ	menſura	ܡܫܘܚ̈ܬܐ	menſuræ
[illegible]	dens maior.	[illegible]	dentes maiores
ܚܪܘܙܐ	granũ perforatũ	ܚܪ̈ܘܙܐ	grana perforata
ܓܘܡܪܐ	carbo	ܓܘܡܪ̈ܐ	carbones
ܓܦܬܐ	vitis	ܓܘܦܢ̈ܐ	vites
ܓܒܬܐ	caſeus	ܓܘܒܢ̈ܐ	caſei
ܠܒܢܬܐ	later	ܠܒܢ̈ܐ	lateres
ܪܝܚܐ	odor	ܪ̈ܝܚܐ	odores
ܐܘܡܬܐ	gens	ܐܡ̈ܘܬܐ	gentes

Quædam autem fiunt pluralia vel motione litteræ,quam in ſingulari habent omnino occultam , vt

ܡܕܝܢܬܐ	ciuitas	ܡܕ̈ܝܢܬܐ	ciuitates
ܣܦܝܢܬܐ	nauis,arca	ܣܦ̈ܝܢܬܐ	naues
ܥܕܬܐ	eccleſia	ܥܕ̈ܬܐ	eccleſiæ
ܙܒܢܬܐ	ſemel,ſeu vices	ܙܒ̈ܢܬܐ	pluries, ſeu vices.

In quibus ܝ & ܘ in ſingulari quieſcentes, in plurali mouentur;at vero ܫܢܬܐ annus,commutat ܬ in ܝ , & transfert

ܫ ܐ ܝ

ܝ a ܗ ad ܝ, vt ܫ̈ܢܝܐ anni : vel alterius iteratione, vt

ܝܡܐ	mare	ܝܡ̈ܡܐ	maria
ܥܡܐ	populus	ܥܡ̈ܡܐ	populi.
ܟܠܬܐ	nurus	ܟ̈ܠܠܬܐ	nuri
ܥܠܬܐ	cauſa	ܥܠ̈ܠܬܐ	cauſæ
ܣܡܐ	medicina	ܣܡ̈ܡܢܐ	medicinæ, in qua

voce additur etiam ܢ. ܥܠܠܬܐ autem, fruges, cum ܝ ſupra primum ܠ, facit ܥ̈ܠܠܬܐ fruges, transferendo ܝ ad ܠ, relicto prædicto ܠ quieſcenti ac latenti: vnde etiam notandum eſt, primam litterarum, quæ numero multitudinis in prædictis, & ſimilibus nominibus geminatur, in legendo ſemper quieſcere, ac latere.

In quibuſdã autem alijs, nunc fit cõmutatio litterarũ, nunc additio, nunc vero amiſſio, vt in nominibus ſubiectis videri poteſt.

ܒܪܐ	filius	ܒܢ̈ܝܐ	filij
ܒܪܬܐ	filia	ܒ̈ܢܬܐ	filiæ
ܚܬܐ	ſoror	ܐܚ̈ܘܬܐ	ſorores
ܡܪܐ	dominus	ܡܪ̈ܘܬܐ	domini
ܐܦܐ	facies	ܐ̈ܦܐ	facies
ܒܝܬܐ	domus	ܒ̈ܬܐ	domus

ܦܐܪܐ fructus ܦܐܖ̈ܐ fructus

ܦܘܪܡܬܐ fruſtum panni ܦܘܪ̈ܡܐ fruſta panni

ܐܫܬܐ febris ܐܫ̈ܬܘܬܐ febres

ܚܙܘܐ viſio ܚܙ̈ܘܐ viſiones

ܐܚܪܢܐ alius ܐܚܪ̈ܢܐ alij

ܐܚܪܬܐ alia ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ aliæ

ܢܘܪܐ ignis ܢܘܪ̈ܘܬܐ ignes, quieſcēte ܘ.

ܟܘܕܢܝܬܐ mula ܟܘܕ̈ܢܝܬܐ mulæ.

Vel ܟܘܕ̈ܢܘܬܐ cum ܘ & cum ܝ ſupra ܢ ܘ quamquã hic ſecundus modus, vt ſupra indicauimus videtur eſſe potius nominis ܟܘܕܢܐ mulus.

Obſeruandum eſt quinto, eſſe quædam nomina, quę non leguntur pluralia, vt ܫܥܘܬܐ cera. ܓܘܢܐ color. ܐܢܬܬܐ mulier. ܫܪܪܐ veritas. ܩܘܫܬܐ veritas. ܚܛܝܬܐ peccatum. Quædam vero contra, vt ܓܠ̈ܠܐ vndæ, ſeu fluctus. ܢܫ̈ܐ mulieres, &c. Alia non leguntur in eadem ſignificatione ſingularia, vt ܪ̈ܚܡܐ in plurali ſignificat miſericordiam. ܪܚܡܐ vero in ſingulari, ventrem, ſeu vuluam. Eodem modo ܡ̈ܝܐ cũ eſt

eſt ſubſtantiuum, ſignificat vitam, & non habet ſingularem numerum: cum vero eſt adiectiuum ſignificat viuos, & habet vt ܚܝܐ viuus. His quidam addunt ܒܪ ܚܐܪ̈ܐ ideſt, filius liberorum, ſeu liber, non eſt enim aiunt ܒܪܚܐܪܐ; quamuis reperiatur ܒܪܬ ܚܐܪܐ libera, vt apud S. Paulum ad Gala. IV.

ܗܝ ܕܝܢ ܐܘܪܫܠܡ ܕܠܥܠ ܒܪܬ ܚܐܪ̈ܐ ܗܝ.

Illa autem Hieruſalem ſuperior libera eſt.

Quædam alia ſunt, quę iuxta duplicem ſenſum dupliciter fiunt pluralia, vt ܐܒܐ pater, ܐܒܗ̈ܐ patres naturales, ſeu carnales ܐܒܗ̈ܬܐ patres ſpirituales, & carnales remoti. ܪܒܐ cum ſignificat magnum, facit ܪ̈ܒܐ vel ܪܘܪ̈ܒܐ magni. cum vero præceptorem. ܪ̈ܒܢܐ præceptores; & ܐܡܬܐ cum ſignificat ancillam ܐܡܗ̈ܬܐ ancillæ, cum brachium ܐܡܐ brachia, & ܒܣܪܐ caro, ſi referatur ad animalia occiſa, facit ܒܣܪ̈ܐ carnes: ſi vero ad viua ܒܣܪ̈ܬܐ: porro ܒܣܪܬܐ vuua acris, facit ܒܣܪ̈ܐ vuæ acres. Item hæc nomina ܐܕܢܐ auris. ܥܝܢܐ oculus. ܐܝܕܐ manus. ܩܪܢܐ cornu; ſi ſumantur pro partibus naturalibus, & proprijs animalium numero plurali mutant ܵ, quod eſt ſupra penultimam, in ܼ ; vt ܐܕܢ̈ܐ aures. ܥܝ̈ܢܐ oculi.

oculi. ܐܝܢ̈ܐ vel ܐܝܕ̈ܐ manus. ܩܪ̈ܢܐ cornua. Sin vero metaphorice pro iiſdem partibus, quæ proportione quadam reperiuntur in rebus inanimatis recipiunt ܬ cum ܝ, & penultimam etiam alio ܝ afficiunt, vt ܐܝܕܘܬܐ: ܥܝܢܘܬܐ: ܩܪܢܘܬܐ addito etiam ܘ: ܩܪܢܘܬܐ: eodem modo ܪ̈ܓܠܐ pes. ܪ̈ܓܠܐ pedes de animalibus. ܢܚܠܐ vero, torrens, & ܢܚ̈ܠܐ torrentes de aquis. Item ܒܝܥ̈ܐ ouum. ܒܝ̈ܥܐ oua de volatilibus. ܒܝܥ̈ܬܐ vero de ijs, quæ proprie non ſunt oua, ſed quamdam cum illis habent ſimilitudinem.

Silentio prætereundum non eſt, quod quidam docent, quædam videlicet eſſe nomina, quæ iuxta duplicem multitudinis numerum, minorem nimirum, & maiorem, dupliciter fiunt pluralia; appellant numerum minorem, qui eſt ab vno ad decem, vt ܝܘܡܐ dies. ܝܘ̈ܡܐ dies duo, vel tres, vſque ad decẽ, & ſic ܐܝܕܐ manus. ܐܝ̈ܕܐ manus. ܚܡܪܐ aſinus. ܚܡ̈ܪܐ aſini. Maiorem vero, qui excedit decem, vt ܝܘܡܘ̈ܬܐ dies: ܐܝܕ̈ܝܢ manus. ܚܡܪ̈ܐ cum ܐ ſupra ܡ, & ܝ ſupra ܪ, aſini. Huc ſpectant multa, vt

ܕܪܐ generatio	ܕܪ̈ܐ generationes
ܥܩܒܐ veſtigium, calx	ܥܩ̈ܒܐ veſtigia

ܓܢܒܐ	latus, ſeu ala	ܓܢ̈ܒܐ	alæ
ܨܒܥܐ	digitus	ܨܒ̈ܥܐ	digiti
ܚܝܠܐ	virtus	ܚܝ̈ܠܐ	virtutes.
ܠܒܐ	cor	ܠܒ̈ܐ	corda, &c.

ܕܪ̈ܐ generationes. ܥܩܒܬܐ vestigia, calces, extremitates.

ܓܢܒܬܐ pinnacula, alæ. ܨܒܥܬܐ digiti. ܚܝܠܘܬܐ virtutes.

ܠܒܘܬܐ corda, &c.

Obſeruandū eſt ſexto, nomina ſæpe fieri pluralia additione litteræ ܝ in fine quieſcentis; quod vt intelligatur, ſciendum eſt, omnia fere nomina numeri multitudinis, quorum penultima affecta eſt ܳ, aliam numeri pluralis formam ab ipſis deriuatam poſſe habere, videlicet commutando prædictum ܳ in ܶ ſupra penultimam, cui ſubſcribitur ܶ, & additur ܝ quieſcens, ſic, a

ܓܒܪ̈ܐ	vel	ܓܒܪ̈ܝ	viri.
ܩܪ̈ܢܐ		ܩܪ̈ܢܝ	cornua.
ܪܘ̈ܚܐ		ܪܘ̈ܚܝ	ſpiritus.
ܥܝ̈ܢܐ		ܥܝ̈ܢܝ	oculi
ܐܝ̈ܕܝܐ		ܐܝ̈ܕܝ	manus.

ܐܕ̈ܢܬܐ	vel	ܐܕ̈ܢܬܶܐ	aures.
ܡܠܟ̈ܐ		ܡܠܟ̈ܶܐ	reges.
ܝܘ̈ܡܬܐ		ܝܘ̈ܡܬܶܐ	dies.
ܣܕܖ̈ܐ		ܣܕܖ̈ܶܐ	acies.
ܙܕ̈ܝܩܐ		ܙܕ̈ܝܩܶܐ	iuſti.
ܡܝ̈ܬܐ		ܡܝ̈ܬܶܐ	defuncti.
ܓܦ̈ܬܐ		ܓܦ̈ܬܶܐ	vites.
ܫܒ̈ܫܬܐ		ܫܒ̈ܫܬܶܐ	palmites.
ܟܟܖ̈ܐ		ܟܟܖ̈ܶܐ	talenta.
ܩܘܕ̈ܫܐ		ܩܘܕ̈ܫܶܐ	ſanctitates.
ܦܓܖ̈ܐ		ܦܓܖ̈ܶܐ	corpora,&c.

Si vero eorum penultima ſit ܝ affectum ܲ , ſi hæc ſunt ſubſtantiua,ſequuntur regulam,ut a

ܒܢ̈ܝܐ	vel	ܒܢ̈ܝܶܐ	filij.
ܡܢ̈ܝܐ		ܡܢ̈ܝܶܐ	minæ
ܛܒ̈ܝܐ		ܛܒ̈ܝܶܐ	cerui
ܫܢ̈ܝܐ		ܫܢ̈ܝܶܐ	anni.

ܡܢܐ

ܡ̈ܥܝܐ	vel	ܡ̈ܥܝܢ	viſcera, inteſtina.
ܐܠ̈ܦܐ		ܐܠ̈ܦܝܢ	millia, &c. Licet a
ܐܠ̈ܗܐ	fiat	ܐܠ̈ܗܝܢ	cum ܼ loco ܿ.

Si vero ſint adiectiua vt ea, de quibus dictum eſt in ſecundo notabili, loco ܿ recipiunt ܼ, vt a

ܓܒ̈ܝܐ	vel	ܓܒ̈ܝܢ	electi.
ܓܠ̈ܝܐ		ܓܠ̈ܝܢ	reuelati.
ܩܢ̈ܝܐ		ܩܢ̈ܝܢ	poſſidentes, &c.

Reliqua vero, quæ non ſunt eiuſdem formæ prædictæ, ſequuntur communem regulam.

Ea vero nomina, quæ in plurali deſinunt in ܬܐ cum ܳ, amittunt ܬܐ, & loco eius ſubſtituunt ܢ quieſcens, vt

ܐܣܛ̈ܕܘܬܐ	vel	ܐܣܛ̈ܕܘܢ	ſtadia.
ܚܝ̈ܠܘܬܐ		ܚܝ̈ܠܘܢ	virtutes
ܠܠ̈ܘܬܐ		ܠܠ̈ܘܢ	noctes.
ܠܒ̈ܘܬܐ		ܠܒ̈ܘܢ	corda.
ܡܚ̈ܘܬܐ		ܡܚ̈ܘܢ	verberationes.
ܢܦ̈ܫܬܐ		ܢܦ̈ܫܢ	animæ.
ܒ̈ܢܬܐ		ܒ̈ܢܢ	filiæ.

ܪܘܚܐ

ܪ̈ܘܚܬܐ			ܪ̈ܘܚܢ	ſpiritus.
ܩܪ̈ܢܬܐ			ܩܪ̈ܢܢ	cornua.
ܥܝ̈ܢܬܐ			ܥܝ̈ܢܢ	oculi.
ܐܕ̈ܢܬܐ			ܐܕ̈ܢܢ	aures.
ܫܠܗܒܝ̈ܬܐ			ܫܠܗܒܝ̈ܢ	flammæ,
ܒܬܘ̈ܠܬܐ			ܒܬܘ̈ܠܢ	virgines.
ܫܡܝܢܝ̈ܬܐ	vel		ܫܡܝܢܝ̈ܢ	cœleſtes
ܫܡܝ̈ܢܝܬܐ			ܫܡܝ̈ܢܝܢ	cœleſtes.
ܥܬܝܩ̈ܬܐ			ܥܬܝܩ̈ܢ	veteres
ܚܕ̈ܬܬܐ			ܚܕ̈ܬܢ	nouæ.
ܬܫܒ̈ܚܬܐ			ܬܫܒ̈ܚܢ	laudes.
ܢܨܒ̈ܬܐ			ܢܨܒ̈ܢ	plantæ.
ܬܘܕ̈ܝܬܐ			ܬܘܕ̈ܝܢ	confeſsiones, ſeu

gratiarum actiones,& alia ſimilia. Et hæc ſecunda numeri pluralis forma eſt nominum contractorum a nominibus perfectis.

De domeſticatione, ſeu ſpecie nominum.

CAPVT VI.

NOtandum eſt primo, per domeſticationem, hic noſtros Gram-

Grammaticos illud idem,quod Latini per ſpeciem, intelligere. Dicitur autem domeſticatio,quia nomina, illi, a quo deriuantur, quaſi domeſtica fieri,ac propinqua ſignificat. Hæc autem domeſticatio,ſeu ſpecies eſt potiſſimum triplex. Prima, quæ a Latinis primitiua dicitur,a quibuſdā appellari ſolet ܡܒܝܬܢܝܬܐ Vt ita dicam,domeſticans, quod videlicet ab ea, nomina aliarū ſpecierum,domeſtica ſibi fiant,ac propinqua,vel ܥܠܬܐ cauſa,quod ab ea cæteræ ſpecies cauſentur,ac deriuētur: a nonnullis dicitur ܦܫܝܛܐ ſimplex,quod nullam ex litteris externis (vt aliæ ſpecies) recipiat compoſitionem. Dicitur demum ab alijs ܐܝܕܝܐ ideſt, idæa,ſimulachrum,ſeu effigies, quod ab ea reliquæ ſpecies, ſicut effectus quilibet a prima ſua idæa, dependeant. Aliæ duæ communi nomine dicuntur ܡܬܒܝܬܢܝܬܐ quaſi domeſticatæ, ob eamdem, quam aſſignauimus cauſam. Et quidem ſecūda dicitur interdum ܥܠܝܠܬܐ cauſata,vel cauſalis: interdū ܡܪܟܒܬܐ compoſita, interdū ܐܝܕܝܐ ܩܕܡܝܬܐ idæalis prima. Similiter & tertia interdum dicitur ܥܠܝܠܬܐ ideſt,remote,& mediate cauſata,ſeu cauſalis,interdum ܝܬܝܪ ܡܪܟܒܬܐ magis compoſita: interdum ܐܝܕܝܐ ܬܪܝܢܝܬܐ ideſt, idęalis ſecunda: & hæ duæ vltimæ a Latinis vno nomine deriuatiuę nuncupantur. Exemplum primę eſt,vt ܫܡܝܐ cælum, ܪܘܚܐ ſpiritus. Secundæ,vt ܫܡܝܢܐ cœleſtis, ܪܘܚܢܐ ſpiritalis,ad-

lis, addito ܢ tantum. Tertiæ ܫܡܝܢܝܐ cæleſtis, ܪܘܚܢܝܐ ſpiritualis, addito ܢ & ܝ, & ideo magis compoſita appellatur.

Notandum eſt ſecundo, inter duas ſpecies vltimas nonnullam eſſe differentiam. Nam licet eædem eſſe videantur, maxime ſi Arabico, vel Latino ſermone explicētur: eſt tamen quoad ſignificationem etiam aliqua inter eas diſtinctio. Secunda enim de eo dicitur, cui naturale, ſeu proprium eſt illud, quod per illam ſignificatur. Tertia de eo, cui extrinſecum eſt, & quaſi metaphorice conuenit, verbi gratia ܪܘܚܢܐ ſpiritualis, quæ eſt ſecunda ſpecies deriuata a ſpecie primitiua ܪܘܚܐ ſpiritus, angelo conuenit: quia illius proprium eſt, & intrinſecum eſſe ſpirituale. ܪܘܚܢܝܐ vero, ſpiritualis, quæ eſt tertia ſpecies deriuata mediate a prima; immediate vero a ſecunda, homini quadrat, quia extrinſece & metaphorice, vel certe (vt dicunt) ſecundum quid ſpiritualis dicitur: & ſic de alijs, quod diximus, proportione quadam intelligendum eſt: licet interdum inter ſe confundantur.

Notandum eſt tertio, fœminina, quæ ab his duabus vltimis ſpeciebus deriuantur, eodem modo, quo diximus diſtingui; & licet eaſdem plane litteras habeant, ac proinde in ſcribendo nō differant: differunt tamen in legendo, vt a ſecunda ſpecie maſculini generis, verbi gratia, ܪܘܚܢܐ ſi ܝ cum ܰ inter ܢ & ܬ molle tranſlato ܰ, quod erat ſupra ܢ ad ܬ interponatur; deriuatur fœmininum, vt ܪܘܚܢܝܬܐ ſpiritualis. A tertia vero ܪܘܚܢܝܐ, ſi litteram ܝ ſequatur ܬ aſperum, & ܰ, quo afficitur ܝ, ad prædictum ܬ transferatur; deriuatur ܪܘܚܢܝܬܐ ſpiritualis. Cum autem fiunt numeri multitudinis, vt

nis, vt ex dictis colligi poteſt, ſecunda ſpecies amittit ܝ, & quieſcente ܐ aſſumit ܝ ſupra ܢ ſic ܪܘܚܢܝ̈ܐ ſpirituales, nulla alia mutatione facta. Tertia autem licet ſumat etiam aliud ܝ ſupra ܢ: mutat tamen ܬ aſperum in molle, vt ſuo loco dicetur, ſic ܪܘܚܢܝ̈ܬܐ ſpirituales: idem de alijs obſeruãdum eſt. Excipitur tamen hoc nomen ܛܘܒܢܝܬܐ felix, ſeu beata, quod contrario modo ſe habet; cum enim de trinitate dicitur, cui eſſentialis, & naturalis eſt felicitas, ſeu beatitudo, legitur, vt tertia ſpecies, ſic ܛܘܒܢܝܬܐ; cum vero de Deipara, vel alia ſancta, dicitur, vt ſecunda ſpecies legitur, ſic, ܛܘܒܢܝܬܐ. Præterea ſciendum eſt non omnia nomina habere duas ſpecies vltimas; nam ܟܝܢܝܐ naturalis. ܓܘܢܝܐ communis. ܕܝܠܢܝܐ proprius, ſunt tertiæ ſpeciei, non tamen ſecundæ ſpeciei reperiuntnr; ac proinde fœmininum ab illis cum ܬ aſpero, & ܝ ſupra ܐ deriuatur, ſic ܟܝܢܝܬܐ naturalis. ܓܘܢܝܬܐ communis. ܕܝܠܢܝܬܐ propria; vt de alijs dictum eſt.

Notandum eſt quarto, duabus potiſſimum litteris iam enumeratis deriuatiua a variis nominibus formari, videlicet, vel ܢ ſolum, vt ab ܐܘܪܫܠܡ Ieruſalem, ܐܘܪܫܠܡܝܐ. Ieroſolimitanus. a ܪܗܘܡܝ Roma, ܪܗܘܡܝܐ Romanus, a ܥܕܢ Eden, ܥܕܢܝܐ Edenienſis, &c. Vel ܐ ſolum, vel ܐ vna cum

ܝܐ , vt iam dictum eſt : illud tamen ſilentio prætermittendum non eſt, quædam nomina dupliciter poſſe deriuari, vel ܢ vna cum ܝ modo dicto, vel reiecto ܢ cum ܝ ſolum, vt patet in hoc nomine ܦܓܪܐ corpus, a quo deriuatur ܦܓܪܢܝܐ corporeus, cum ܢ & ܝ : vel ܦܓܪܝܐ cum ܝ tantum: eodem modo fœminina ܦܓܪܢܝܬܐ corporea, vel ܦܓܪܝܬܐ. His litteris quidam addunt ܪ , vt in hoc nomine ܐܠܦܐ nauis, a quo fit ܐܠܦܪܐ nauta; vel ܘ , & ܕ , vt a ܟܢܪܐ cithara, ܟܢܪܘܕܐ citharœdus: multaſq. alias litteras congerunt, quæ reuera non ſunt in lingua Chaldaica deriuatiuorum nominum formatiuæ; ſed peregrinorum nominum, licet interdum commutentur, ſunt propriæ, vt in ijs quæ ſubijciuntur conſtat nominibus, vt

ܐܘܢܓܠܝܘܢ	Euangelium	ܐܘܢܓܠܣܛܐ	Euangeliſta.
ܠܘܓܝܩܐ	Logica	ܠܘܓܝܩܘܣ	Logicus, &c.

Porro quædam nomina peregrina, quæ in ܘ , & ܘܣ deſinūt, vt ex illis deriuatiua formentur, commutant ܘ in ܝ , & ܘܣ in ܐ vt

ܐܦܣܘܣ	Epheſus	ܐܦܣܝܐ	Epheſinus,
ܩܘܪܢܬܘܣ	Corinthus	ܩܘܪܢܬܝܐ	Corinthius,
ܩܘܠܘܣܣ	Coloſſis	ܩܘܠܘܣܝܐ	Coloſſenſis,

ܦܝܠܝܦܘܣ Philippi | ܦܝܠܝܦܝܐ Philippenſis,

ܩܘܦܪܘܣ Cyprus | ܩܘܦܪܝܐ Cyprius, &c.

Notandum eſt quinto, elementum ܝ, quod domeſticationis ſit ſignum, numquam antecedere ܢ neque duo ܝܝ, quæ ſimiliter domeſticationis ſint ſigna, ſe inuicem præcedere: non enim dicimus ܪܘܡܝܢܝܐ cum ܝ ante ܢ, aut ܪܘܡܢܢܐ cum duobus ܢ. Quod ſi in quibuſdam vocibus contrarium reperiatur, illud eſt, quia tunc ܝ & ܢ non ſunt deriuatiuorum ſigna, ſed nominum, a quibus deriuatiua formantur, vt patet in his vocibus, ܫܡܝܢܝܐ cæleſtis, a ܫܡܝܐ cælum, ܙܒܢܝܐ temporalis, a ܙܒܢܐ tempus. Præterea, cum ex nonnullis nominibus huiuſmodi deriuatiua proficiſcuntur, fieri ſolet abiectio litterarum, & mutatio vocalium, vt

ܦܘܬܩܐ caupona | ܦܘܬܩܝܐ caupo.

ܐܠܦܐ nauis, arca | ܐܠܦܝܐ nauta.

ܡܕܝܢܬܐ ciuitas, ſeu rus | ܡܕܝܢܝܐ ciuilis, ruſticus.

Interdum fieri etiam ſolet mutatio loci litterarum, vt

ܕܪܡܣܘܩ Damaſcus | ܕܪܡܣܘܩܝܐ Damaſcenus.

ܩܦܕܘܩܝܐ Cappadocia | ܩܦܕܘܩܝܐ Cappadox.

Item ab ܐܝܣܪܝܠ Iſrael, fit ܐܝܣܪܝܠܝܐ Iſraelita,

idest

ideſt, Syria, cum ܙ ſupra ܐ , ܐܪܡܝܐ ideſt, Syrus: at vero ab ܐܪܡ, quæ eſt antiqua quędam gentiliū ciuitas, fit ܐܪܡܝܐ cum ܙ ſupra ܐ, & quieſcente ܪ. Et ſimiliter quædam alia nomina formari ſolent, quæ vſus ipſe edocebit.

De deriuatione nominum fæminini generis a nominibus maſculini generis.

CAPVT VII.

QVoniam nonnihil cap. præcedenti attigimus de modo, quo deriuatiua fæminina a maſculinis proficiſcantur, admodum vtile eſſe puto indicare, quomodo nomina in genere de maſculino moueantur in fœmininum; quod breuiter fit, ſi præcipua nominum genera, a quibus fęminina dimanare conſueſcunt, proponantur: & modus quoque, quo ab illis dimanent, aſſignetur.

Notandum igitur eſt, omnia nomina, quæ e maſculino mouentur in fœmininum habere litteram ܬ, quæ ſit eorum penultima: eamque ܙ quod erat ſupra penultimam nominum maſculini generis, relinquendo illam quieſcentem, afficiunt: vt in his, & alijs eiuſdem generis patet nominibus, a

ܛܒܐ bonus, fit ܛܒܬܐ bona.

a ܣܒܐ ſenex ܣܒܬܐ anus.

a ܪܡܐ excelſus ܪܡܬܐ excelſa, cum ܬ molli. Vel cum ܛ duro, vt

ܡܪܝܐ Dominus ܡܪܬܐ Domina.

ܡܠܐ

ܚܠܐ	auunculus	ܚܠܬܐ	matertera.

Similiter, & ab iſtis.

ܩܕܝܫܐ	ſanctus	ܩܕܝܫܬܐ	ſancta.
ܫܪܝܪܐ	verus	ܫܪܝܪܬܐ	vera.
ܐܡܝܪܐ	dictus	ܐܡܝܪܬܐ	dicta.
ܐܟܝܠܐ	comeſtus	ܐܟܝܠܬܐ	comeſta.
ܐܣܝܪܐ	ligatus	ܐܣܝܪܬܐ	ligata.
ܒܪܘܝܐ	creator	ܒܪܘܝܬܐ	creatrix.
ܒܙܘܙܐ	direptor	ܒܙܘܙܬܐ	direptrix.
ܪܚܘܡܐ	amator	ܪܚܘܡܬܐ	amatrix.
ܡܣܟܢܐ	pauper	ܡܣܟܢܬܐ	pauper.
ܝܠܝܕܐ	natus	ܝܠܝܕܬܐ	nata.
ܝܕܝܥܐ	cognitus	ܝܕܝܥܬܐ	cognita.
ܟܐܢܐ	iuſtus	ܟܐܢܬܐ	iuſta.
ܒܝܫܐ	malus	ܒܝܫܬܐ	mala.
ܥܒܝܕܐ	factus	ܥܒܝܕܬܐ	facta.
ܫܒܝܚܐ	laudatus	ܫܒܝܚܬܐ	laudata.

ܥܠܝܡܐ	adoleſcens	ܥܠܝܡܬܐ	adoleſcentula.

Eodem modo & ab his ſubiectis addito tamen ܲ illi conſonāti, quæ antepenultimam præcedit, a

ܡܫܡܠܝܐ	perfectus.	ܡܫܡܠܝܬܐ	perfecta.
ܡܪܝܡܐ	elatus	ܡܪܝܡܬܐ	elata.
ܡܗܝܡܢܐ	fidelis	ܡܗܝܡܢܬܐ	fidelis.
ܡܫܒܚܐ	laudabilis	ܡܫܒܚܬܐ	laudabilis.
ܡܩܒܠܐ	acceptabilis	ܡܩܒܠܬܐ	acceptabilis.
ܡܪܥܝܐ	reconciliatus	ܡܪܥܝܬܐ	reconciliata, &c.

Vel cum ܐ molli, addito tamen prædictæ conſonanti, vt a

ܕܘܝܐ	vilis, abiectus, infelix.	ܕܘܝܬܐ	vilis, &c.
ܒܥܘܝܐ	deprecator	ܒܥܘܝܬܐ	deprecatrix.
ܣܟܠܐ	ſtultus	ܣܟܠܬܐ	ſtulta, &c.

Sic etiam, & ab his reiecto tamen ܲ a prima conſonanti, vt a

ܕܟܝܐ	mundus, purus	ܕܟܝܬܐ	munda,
ܓܒܝܐ	electus	ܓܒܝܬܐ	electa.
ܛܠܝܐ	puer	ܛܠܝܬܐ	puella.
ܓܠܝܐ	manifeſtus	ܓܠܝܬܐ	manifeſta.

ܢܗܝܪܐ illuſtris | ܢܗܝܪܬܐ illuſtris.

ܩܪܝܐ vocatus | ܩܪܝܬܐ vocata,&c.

Alijs autem, quorum penultima in maſculino non eſt ܝ , ܳ non reijcitur; ſed a prima conſonanti ad ſecundam transfertur;

vt ܓܒܪܐ vir | ܓܒܪܬܐ virago.

ܛܠܝܐ puer | ܛܠܝܬܐ puella.

ܚܒܪܐ ſocius | ܚܒܪܬܐ ſocia.

a ܡܠܟܐ tamen, ideſt, Rex fit ܡܠܟܬܐ regina, manente ܳ ſupra primam, vt in maſculino.

Præterea ab ijs, quæ ſunt ſimilia nominibus ſecundæ domeſticationis ſpeciei, eodem modo fœminina deriuantur, quo a nominibus prædictæ ſpeciei deriuari capite præcedenti dictũ eſt,

vt a ܡܫܒܚܢܐ laudator | ܡܫܒܚܢܝܬܐ laudatrix.

ܡܥܕܪܢܐ adiutor | ܡܥܕܪܢܝܬܐ adiutrix.

ܡܩܝܡܢܐ conſtitutor | ܡܩܝܡܢܝܬܐ conſtitutrix,

ܡܫܡܠܝܢܐ perfector | ܡܫܡܠܝܢܝܬܐ perfectrix.

ܡܬܟܫܦܢܐ ſupplicator | ܡܬܟܫܦܢܝܬܐ ſupplicatrix.

ܡܬܦܝܣܢܐ intercedens | ܡܬܦܝܣܢܝܬܐ intercedens.

ܡܫܬܡܠܝܢܐ perfectus | ܡܫܬܡܠܝܢܝܬܐ perfecta, &c.

cum ܬ molli, vt ſecunda ſpecies. Et eodem modo ab ijs, quæ ſunt ſimilia nominibus tertiæ ſpeciei; vt a

ܥܠܡܝܐ æternus | ܥܠܡܝܬܐ æterna.

ܥܠܝܐ ſupernus | ܥܠܝܬܐ ſuperna.

ܐܚܪܝܐ vltimus | ܐܚܪܝܬܐ vltima, &c. cum ܬ aſpero, vt tertia ſpecies.

Porro a quibuſdam nominibus vario modo fœminina promanāt, vt a ܣܓܝܐܐ multus | ܣܓܝܐܬܐ multa.

a ܐܚܪܢܐ alius | ܐܚܪܬܐ alia.

a ܒܪܐ filius, cum ܒ quieſcenti | ܒܪܬܐ filia, cum y ſupra ܒ. ab ܐܚܐ ideſt, frater, fit ܚܬܐ ſoror, remoto ܐ ab initio nominis. Item a ܐܢܫܐ ideſt, homo, fit ܐܢܬܬܐ ideſt, mulier, addendo y ſupra ܐ, & auferendo ܢ a littera ܢ, eamque omnino occultando, & demum ܫ commutando in prius ܬ: ſunt & alia, quæ quiſque per ſe percipere poterit: hæc enim in genere ſatis eſſe poſſunt.

De figura nominum.

CAP. VIII.

Figura apud Chaldæos, ſicut etiā apud Latinos, eſt duplex, altera ܦܫܝܛܐ ſimplex; vt ܩܠܐ vox, ܟܬܠܐ paries,

ܓܘܙܐ amygdala: altera vero ܡܪܟܒܐ compoſita, vt ܡܠܐ ܚܕܐ vox. ܫܬܐܣܬܐ fundamentum. ܫܓܘܙܐ amygdala: & quædam ſimplicis retinent ſignificationem; quædam vero non item, vt ex propoſitis nominibus colligi poteſt; cætera, quę dici ſolent de figura, quia non ſunt admodum vtilia, nec perdifficilia, libenter breuitatis cauſa omitto.

De qualitatibus nominum.

CAPVT IX.

QValitatum ſpecies, vt communiter Grammatici Chaldæi docent, ſunt quatuor. Prima dicitur ܡܥܒܕܢܘܬܐ ſeu ܥܒܘܕܘܬܐ vt ita dicam, efficientia, ſeu actiuitas. Secunda ܚܫܐ, ſeu ܚܫܝܫܘܬܐ paſſio. Tertia ܩܢܝܘܬܐ habitus. Quarta ܡܚܘܝܢܘܬܐ ܕܟܝܢܐ demonſtratio naturæ.

Prima nominibus actiuis conuenit, vt

ܟܬܘܒܐ ſcriptor. ܩܛܘܠܐ interfector.

ܡܫܠܡܢܐ proditor. ܡܦܪܩܢܐ liberator.

Et ſubſtantiuis, quæ ab his, & ſimilibus nominibus actiuis deducuntur, vt ܟܬܘܒܘܬܐ ſcriptio. ܡܫܠܡܢܘܬܐ traditio, &c. Secunda cadit in nomina paſſiua, & ſubſtantiua ab iiſdem promanantia, vt ܟܬܝܒܐ & ܡܬܟܬܒܢܐ ſcriptus. ܩܛܝܠܐ &

ܡܬܩܛܠܢܐ interfectus, occiſus. ܡܬܦܪܩܢܐ liberatus.

ܟܬܝܒܘܬܐ & ܡܟܬܒܢܘܬܐ ſcriptio. ܩܛܠܬܐ occiſio.

Sed de his vtriuſque ſpeciei nominibus commodius poſt verborum tractationem: Nam cum a verbis potiſſimum deriuari ſoleant, melius, ac facilius intelligentur, ſi in eum locum enucleanda reijciantur. Tertia ijs quadrat, quæ aliquam qualitatem ſpiritualem, vel corpoream: honeſtam, vel turpem ſignificant, a qua ea, quæ illam habent, denominantur, vt in nominibus ſubiectis, & ſimilibus patet:

ܢܟܦܘܬܐ continentia. ܟܐܢܘܬܐ iuſtitia.

ܚܠܝܡܘܬܐ ſanitas. ܟܪܝܗܘܬܐ infirmitas.

ܛܒܘܬܐ bonitas. ܒܝܫܘܬܐ malitia, &c.

A quibus homines denominari aſſolent

ܢܟܦܐ continentes. ܟܐܢܐ iuſti.

ܚܠܝܡܐ ſani. ܛܒܐ boni.

ܒܝܫܐ mali, & cæt.

Quarta denique ijs nominibus, quæ rei naturam demonſtrant, attribuitur: hæc autem nomina duplicia eſſe poſſunt: primum ea, quę ſunt impoſita ad ſignificandam, & nominandam ipſam rei naturam ab alijs diſtinctã, cuiuſmodi ſunt ܣܘܣܝܐ equus, ܐܢܫܐ homo, quorum vnum equi, alterum vero hominis naturam deſignat. Deinde ea, quæ cum varijs rerum proprietatibus intrinſecis indita ſint, varias quoque naturas indicãt, quo fit,

fit, vt nomina naturam demonſtrantia appellentur. Sicuti ܨܗܠܢ vt dicunt, inhibilis, ſeu inhiens. ܓܚܘܟܢ riſibilis, ſeu ridens, quorum prius ſignificat propenſionem ad inhiendum, indicando ſimul naturam equinam; poſterius vero ad ridendum indicando ſimiliter naturam humanam.

De caſibus nominum.

CAP. X.

OBſeruandum eſt primo, Chaldæos ſicut, & Hebræos, non habere caſus, eo modo, quo Græci, & Latini; nec in declinando habere rationem terminationis, ſeu extremitatis nominum: quia apud eos nominum declinatio nullo modo pendet a variatione finis: ſed pendet ſolum ab iſtis tribus litteris ſcilicet ܕ , ܠ , ܒ , quarum additione principijs nominum, varij caſus obliqui ſignificantur; quod ſi ſæpe nomina in oratione ſine his litteris reperiantur; tunc vel nominatiui, vel accuſatiui, vel vocatiui caſus erunt, prout orationis ſenſus poſtulabit: iſti enim caſus ſunt omnino ſimiles, vt apud Latinos in caſibus nominum generis neutri accidit; immo nominatiuus, & vocatiuus apud Chaldæos nunquam recipit prędictas litteras, quæ indicent caſum; nam ſi ܕ, modo nominis relatiui munere non fugatur, de quo ſuo loco, alicui nomini in principio addatur, illud eſſe Genitiui caſus ſignificabit; ſi vero ܠ, Datiui, vel Accuſatiui; ſi demum ܒ, Ablatiui; eiuſdemq. caſus erit, ſi loco ܒ .i. in, ponatur ܡܢ, ideſt, ex, vel a. Nominatiui vero, & Vocatiui caſus, nullum eſt ſimile ſignum; licet Vocatiuus, vt apud Latinos, ſæpe petat ܐܘ ideſt, o: ex quibus clare colligi poteſt, quam facilis ſit apud Syros nominum declinatio, quod, vt cuiq. melius patefiat, declinãda ſunt aliqua nomina vtriuſque generis,

Decli-

Declinatio nominis maſculini generis numeri ſingularis.

Nominatiuo	ܗܝܟܠܐ	templum
Genitiuo	ܕܗܝܟܠܐ	templi
Datiuo	ܠܗܝܟܠܐ	templo
Accuſatiuo	ܠܗܝܟܠܐ, vel ܗܝܟܠܐ	templum
Vocatiuo	ܐܘ ܗܝܟܠܐ	o templum
Ablatiuo	ܡܢ ܗܝܟܠܐ, vel ܒܗܝܟܠܐ	in templo, vel ex templo.

Numeri pluralis.

Nominatiuo	ܗܝ̈ܟܠܐ	templa
Genitiuo	ܕܗܝܟܠܐ	templorum
Datiuo	ܠܗܝܟܠܐ	templis
Accuſatiuo	ܠܗܝܟܠܐ, vel ܗܝܟܠܐ	templa
Vocatiuo	ܐܘ ܗܝܟܠܐ	o templa
Ablatiuo	ܡܢ ܗܝܟܠܐ, vel ܒܗܝܟܠܐ	in templis, vel ex templis.

Declinatio nominis fœminini generis numeri ſingularis.

Nominatiuo	ܡܠܬܐ	verbum
Genitiuo	ܕܡܠܬܐ	verbi
Datiuo	ܠܡܠܬܐ	verbo
Accuſatiuo	ܠܡܠܬܐ, vel ܡܠܬܐ	verbum
Vocatiuo	ܐܘ ܡܠܬܐ	o verbum
Ablatiuo	ܡܢ ܡܠܬܐ, vel ܒܡܠܬܐ	in verbo, vel ex verbo.

Numeri pluralis.

Nominatiuo	ܡ̈ܠܐ	verba
Genitiuo	ܕܡ̈ܠܐ	verborum
Datiuo	ܠܡ̈ܠܐ	verbis
Accuſatiuo	ܠܡ̈ܠܐ, vel ܡ̈ܠܐ	verba
Vocatiuo	ܐܘ ܡ̈ܠܐ	o verba
Ablatiuo	ܡܢ ܡ̈ܠܐ, vel ܒܡ̈ܠܐ	in verbis, vel ex verbis.

Eodem

Eodem plane modo cætera nomina, ac pronomina, ſine vlla prorſus difficultate declinantur.

Obſeruandum eſt ſecundo tres prędictas litteras, & ܘ quotieſcumque cadunt ſupra aliquod nomen, cuius prima conſonans ſit quieſcens, moueri; contra vero, ſi ſit mota. Primũ patet in hoc nomine ܡܫܝܚܐ Chriſtus, dicitur enim ܕܡܫܝܚܐ Chriſti, ܠܡܫܝܚܐ Chriſto, ܒܡܫܝܚܐ in Chriſto, ܘܡܫܝܚܐ & Chriſtus. Semper cum ܲ ſupra prędictas litteras: quia prima nominis conſonans. ſ. ܡ eſt quieſcens. Secundum patet; tum in nominibus ſupra declinatis, quorum, quia prima conſonans eſt mota, illæ tres litteræ cadentes ſunt quieſcentes: tum etiam in hoc nomine ܡܠܟܐ rex, ܕܡܠܟܐ regis, ܠܡܠܟܐ regi, ſeu regem, ܒܡܠܟܐ in rege, ܘܡܠܟܐ & rex. Cuius prima cõſonans, quia eſt mota, litteræ cadentes quieſcunt, & ſic in alijs. Monendũ tamen eſt, quod nomina quorum principiũ eſt ܐ affectum aliqua vocali, vel ܼ affectum ܵ habere prędictas litteras affectas eadem motione, qua eorum principiũ, vt videre eſt in ſubiectis nominibus, in quibus ſingularum vocalium proponuntur exempla.

ܐܒܐ	pater	ܐܠܦܐ	nauis
ܕܐܒܐ	patris	ܕܐܠܦܐ	nauis
ܠܐܒܐ	patri, vel patrẽ	ܠܐܠܦܐ	naui, vel nauim
ܒܐܒܐ	in patre	ܒܐܠܦܐ	in naui
ܘܐܒܐ	& pater.	ܘܐܠܦܐ	& nauis.

ܐܚܘܢ

ܐܝܠܢܐ	arbor	ܐܡܘܪܐ	dicens
ܕܐܝܠܢܐ	arboris	ܕܐܡܘܪܐ	dicentis
ܠܐܝܠܢܐ	arbori, vel arborē	ܠܐܡܘܪܐ	dicenti, vel dicentē
ܒܐܝܠܢܐ	in arbore	ܒܐܡܘܪܐ	in dicente
ܘܐܝܠܢܐ	& arbor.	ܘܐܡܘܪܐ	& dicens.
ܐܘܪܚܐ	via	ܝܕܥܬܐ	ſcientia
ܕܐܘܪܚܐ	viæ	ܕܝܕܥܬܐ	ſcientiæ
ܠܐܘܪܚܐ	viæ, vel viam	ܠܝܕܥܬܐ	ſcientię, vel ſcientiā
ܒܐܘܪܚܐ	in via	ܒܝܕܥܬܐ	in ſcientia
ܘܐܘܪܚܐ	& via	ܘܝܕܥܬܐ	& ſcientia, & in

alijs eiuſdem generis.

Aduertendum tamen eſt, quod cum aliqua ex prædictis, ante monoſyllaba præſertim in duplex ܐ exeuntia cadit, nō quieſcit, ſed mouetur per ܶ, cuiuſmodi ſunt

ܡܐܐ	centum,	ܦܐܐ	decens.
ܝܐܐ	decorus	ܟܐܐ	increpauit, &c. dici enim

ſolet ܒܡܐܐ in centum. ܘܦܐܐ & decens

ܘܝܐܐ & decorus ܕܟܐܐ qui increpauit.

ܠܐܝ laborauit : quamquam quidam hoc extendunt etiam ad quædam alia monoſyllaba non exeuntia in duplex ܐ, quod quidem mihi non placet, niſi forte metri adſit neceſſitas.

Ratio autem, cur potius his, & non alijs etiam monoſyllabis id accidere dicatur, vel ex eo colligi poteſt : nam cum omnia fere monoſyllaba trium litterarum, quarum tertia ſit ܐ, qua ea terminentur, non primam; ſed ſecundam motam habeant; prædicta ſimiliter monoſyllaba, de quibus agitur, cum trium quoque ſint litterarum, quarum tertia ſit ܐ, qua finiantur: non primam, ſed ſecundam motam habebunt; ac proinde quęque illis in principio proximè accidunt, mota erunt, vt in præmiſſis patet vocibus: quo fit, vt ܡܢܐ, ideſt, quid, licet litterá ܐ terminetur; quia tamen duarum dumtaxat eſt litterarum, neceſſario primam motam ſortiatur: quieſcantq., quæ illi proximè accidunt, quamuis vulgo prima, non ſecunda in ſupra poſitis monoſyllabis mota eſſe putetur.

Obſeruandum eſt tertio, quãdo aliqua ex prædictis quatuor litteris poſita in principio vocum, eſt quieſcens, alteram illi aduenientem eſſe motam, & huic aliam cadentem eſſe quieſcentem : rurſus iſti aliam ſuperadditã eſſe motam : quãdo vero eſt mota, quæ illi aduenit eſſe quieſcentem, & quæ huic, eſſe motam : & denique quæ iſti, eſſe quieſcentem, vt facili negotio ex ſubiectis vocibus intelligi poteſt. ܒܬܫܡܫܬܐ in verbo; ܒ eſt quieſcens, ܕܒܬܫܡܫܬܐ quod in verbo, ܕ eſt mota, ܠܕܒܬܫܡܫܬܐ quod in verbo, ſeu ad quod in verbo, ܠ eſt quieſcens, ܘܠܕܒܬܫܡܫܬܐ & quod, ſeu ad quod, vel ei, quod in verbo, littera ܘ eſt mota.

Con-

Contra vero ܒܡܥܠܝܢܐ in apoſtolo, littera ܒ eſt mota, ܘܒܡܥܠܝܢܐ quod in apoſtolo, ܘ eſt quieſcẽs, ܠܕܒܡܥܠܝܢܐ quod, ſeu ei, quod in apoſtolo, ܠ eſt mota. ܘܠܕܒܡܥܠܝܢܐ & quod in, ſeu, & ei, quod in apoſtolo, ܘ eſt quieſcens; & ſic alternatim quieſcentem mota, motam vero quieſcens ſequitur. Ex dictis colligas licet non eſſe audiendos quoſdam, qui litteram ܠ ante ܕ poſitam, in huiuſmodi verbis ܠܕܐܡܪ ei, vel eum qui dicit, ܠܕܐܟܠ ei, vel eum, qui comedit, docent eſſe affectam ܂ , ſicut eſt in his verbis ܠܕܥܡܪ ei, vel eũ, qui habitat, ܠܕܥܒܕ ei, vel eum, qui facit, in præſenti tempore: in præterito vero eſſe quieſcentem, vt ܠܕܐܡܪ ei, vel eũ, qui dixit, ܠܕܐܟܠ ei, vel eum qui comedit; non eſſe inquam audiendos: quia Grammatici nobiliores in vniuerſum docent, quando aliqua littera ex quatuor enumeratis, præcedit litterã ܐ motam, ad eius motum eam moueri: & quæ hanc præcedit, eſſe quieſcentem, vt dictum eſt: at in verbis citatis ſine dubio ܕ moueri debet ad motum ܐ, igitur ܠ, quæ præcedit litteram ܕ, erit quieſcens, alioquin ruet hæc Grammaticorum doctrina, cui etiam communis doctiorum legendi vſus quam maxime fauet. Deinde non eſt maior ratio, cur in præſenti ſit in prædictis verbis littera ܠ mota, & non in præterito, & cõtra. Poſtea exempla, quæ afferuntur non faciunt ad rem, nam

ܠܡܢ ܕܥܡܪ ei, vel eum, qui habitat; littera ܠ eſt mota, quia præcedit ܘ, quæ cum non ſit ante ܐ, ſed ante litteram ܠ motam; eſt quieſcens, in præterito vero in vtroque verbo ܠ eſt quieſcens: quia in vtroque ܘ eſt mota, in ܠܡܢ ܕܐܡܪ ei, vel eum, qui dixit, ratione ܐ, in ܠܡܢ ܕܥܡܪ ei, vel eum, qui habitauit, quia cum motam debeat præcedere quieſcens, & ܘ ſit mota in prædicto verbo, eam præcedet ܠ quieſcens.

De lenitate, & aſperitate nominum.

CAPVT XI.

NOtādum eſt primo, in libro prçcedēti cum ageremus de litteris, docuiſſe nos ex parte, quibuſnam litteris accidat mollities, ſeu lenitas; & durities, ſeu aſperitas: & quonā modo illæ litteræ proferātur; quibus vnū quod ſubterfugerat, adde, ܒ cum puncto ex parte ſuperiori, vt b, Latinum proferri, ex parte vero inferiori, vel vt β, Græcum, vel vt u, Latinum, cum euadit conſonans. Hic vero his omiſſis, docendum eſt, cur, quando, & qua ratione accidāt. Duplex autem aſſignari poteſt cauſa, cur voces lenitate, & aſperitate afficiantur: prima, vt voces ab inuicem diſtinguantur: interdum enim reperiūtur voces ita ſimiles in litteris, & vocalibus, vt ſi ab ipſis mollities, & durities tollatur, tollatur etiam neceſſario ab eis omnis diſtinctio. Nam hæc vox ܡܘܬܐ cum ܘ duro, cumulū, verbi gratia, frumentorum, & hordeorum, ſignificat: cum vero ܘ molli, gaudium, ac lætitiam; & ܡܕܒܪܐ cum ܕ duro, deſertum ſignificat: cum vero ܒ molli, auem quamdam, quę

a Lati-

a Latinis dicitur Ciconia. Item ܓܪܒܐ cum ܒ duro, virũ habentem lepram indicat; cum vero ܒ molli, ipſam leprãm. Similiter ܚܣܕܐ cum ܕ duro, opprobrium, & contumeliam; cum vero ܕ molli, miſericordiam deſignat. Et eodem modo in verbis. Nam a ܢܓܕ traxit, cum ܰ tantum ſupra ܢ, fit ܢܓܕܗ traxit eum, transferendo ܰ ad ܓ, cum ܓ molli, & ܕ duro: a ܢܓܕ vero, verberauit, ſeu flagellauit, cum ܰ ſupra ܢ, & ܳ ſupra ܓ, fit etiam ܢܓܕܗ verberauit eum, ſed cum ܓ duro, & ܕ molli. Item in futuro ܢܟܠܘܢ ſi deriuetur a verbo ܟܠܐ prohibuit, legitur cũ ܟ molli, ideſt, prohibebunt, ſeu interdicent: ſi vero a ܢܟܠ defraudauit, cum ܟ aſpero, ideſt defraudabunt. Rurſus ܢܨܒܘܢ ſi promanat a ܢܨܒ plantauit, legitur cum ܒ molli, ideſt, plantabunt; ſi vero a ܨܒܐ voluit, cum ܒ duro, ideſt, volent. Denique ܢܟܣܘܢ ſi deducatur a ܟܣܐ ideſt, cælauit, cooperuit, legitur cũ ܟ molli, ideſt, cælabunt: ſin vero a ܢܟܣ iugulauit, mactauit, cum ܟ duro, ideſt, iugulabunt, & cæt.

Secunda cauſa eſt propter elegantiam, ornatum, & ſuauitatem

tem pronunciandi. Niſi enim hæ ſex litteræ his vocibus ܒܓܕ ܟܦܬ comprehenſæ lenitate, vel aſperitate temperarentur, nõ ſemel ſermo deformitatem, obſcœnitatemq. pateretur. Quid enim deformius eſſe poteſt, quam legere ܢܦܫܐ anima, & ܛܘܦܬܐ gutta, cum ܦ duro, cũ legenda ſint cum leni? quid obſcœnius quam legere ܝܗܒ elargitus eſt, ܡܛܠܬܟܘܢ propter vos, cum ܒ leni, cum legenda ſint cum aſpero? Ex quibus vel maxime intelligi poteſt, quanti aliquando interſit ad internoſcendas, recteq. legẽdas voces, cognoſcere ܪܘܟܟܐ lenitatem, & ܩܘܫܝܐ aſperitatem. Quod vt cognoſcamus diligenter, obſeruanda ſunt, quæ dicemus; & quæ regulis non complectemur, vſu, & exercitatione ſunt comparanda: & quãuis multi ex ipſis etiam Syris, regularum Grammaticę nõ adeo ſtudioſi, de exacta lectione cum lenitate, & aſperitate non magnopere laborent: tamen, ſi in vocibus id faciant, quæ, vt ab inuicem diſcrepent, mollitie, ac duritie indigent: vel quibus magnum affertur dedecus, & pronũciandi iniucunditas; vehementer illa de incuria ſunt accuſandi: ſi vero in ijs vocibus, quæ tali diſcrepantia non indigent, vel quibus non tantum aufertur decus; cum res aliquantulum difficilis ſit, multumq. non referat, excuſari, ferriq. poſſunt. Immo interdum in aliqua voce cum proferendi poſtulabit ſuauitas, licet (ſi opus erit) regulã deſerere; ſed, vt id bene fiat, non paruum requiritur iudicium.

Notandum eſt igitur ſecundo, litteras, quæ mollitie, ac duritie afficiuntur, ſcilicet, ܬ, ܦ, ܟ, ܕ, ܓ, ܒ ſi vocum ſint initia, fieri aſperas, vt ܒܪܘܬܐ

ܒܪܘܝܐ creator. ܓܢܒܐ fur,

ܕܝܢܐ iudex ܟܐܦܐ lapis

ܦܘܡܐ os ܬܪܥܐ porta.

Si vero illis accidat vna ex his quatuor conſonantibus hac voce ܒܓܕܟܦܬ comprehenſis, ſcilicet ܬ ܦ ܟ ܕ ܓ ܒ ; de quibus capite præcedenti, fieri lenes, vt

ܕܒܪܘܝܐ in creatore ܕܓܢܒܐ furis.

ܘܕܝܢܐ & iudex. ܠܟܐܦܐ lapidi, & cæt.

Rurſus ſi aliqua ex his tribus litteris ܐ , ܘ , & ܝ ſit in fine præcedentis dictionis, & aliqua de ſex ſit in principio ſequẽtis, hanc nõnulli Grãmatici docẽt fieri mollem, vt ܐܢܐ ܒܪܝܐ ego creatus. ܗܘ ܓܒܝܐ ille electus. ܠܝ ܦܪܝܩܐ mihi ſaluato, & cætera.

Excipiuntur tamen litteræ, quæ in nominibus a lingua Græca ad Chaldaicam tranſlatis reperiuntur. Hæ enim quoad lenitatem, vel aſperitatem eo modo, quo in illa lingua, a qua proficiſcuntur, pronunciari conſueſcunt: nec obſtat, ſiue caſus habeant; ſiue tres litteræ prædictæ eas præcedant, vt ܟܠܡܘܣ χλαμὺς, chlamys. ܬܐܘܠܘܓܘܣ θεολόγος, theologus. ܠܡܦܐܕܐ λαμπάς, lampas. cum ܒ , & ܬ molli, & cum ܦ aſpero. Sed hæc facile aſſequuntur hi, qui rudem aliquam

Græcæ

Græcæ linguæ habent cognitionem. Nam tres litteræ apud Græcos, quæ tenues appellantur, ſcilicet π, κ, τ, apud nos conuertuntur in has tres litteras, ܦ , ܟ , & ܛ duras, quã-quam communiter duæ vltimæ κ videlicet, in ܩ , & τ in ܛ commutari ſoleant, vt ܦܛܪܘܣ πέτρος, Petrus: quod nomen à Græcis, vt vides, ſcribitur cum π, quę in ܦ durum conuertitur, & cum τ, quæ in ܛ commutatur; & nomen ܩܘܪܝܠܠܘܣ κύριλλος, Cyrillus, quod ſcribitur cum κ, quę ſimiliter in ܩ commutatur. Aliæ vero, quæ aſpiratæ dicuntur, ſcilicet φ, χ, θ, ſunt lenes, vt in ſupradictis patet vocibus. Illæ demum, quæ mediæ appellantur, vt β, γ, δ, modo fiunt aſperæ, modo lenes, prout poſtulat pronunciandi ſuauitas: vt ܓܐܘܪܓܝܣ γεώργιος, Georgius, cum vtroque ܓ aſpero. At vero ܓܪܝܓܘܪܝܘܣ γρηγόριος, Gregorius, cum vtroque ܓ molli, &c. Similiter ܟ quando cũ ܣ cõcurrit ad ſupplendam litteram duplicem Græcorum, ſcilicet ξ, fere eſt aſpera, vt ܐܠܟܣܢܕܪܘܣ dictio.

Præterea quotieſcumque prima vocum conſonans eſt quieſcens, illa, quæ eam ſequitur, ſi ſit de ſex, erit mollis, vt

ܚܒܠܐ	corruptio.	ܨܘܪܐ	collum.
ܣܓܘܠܐ	botrus.	ܒܬܘܠܬܐ	virgo.
ܫܒܩ	reliquit.	ܕܒܪ	duxit, &c.

Et hæc, quę hucuſque diximus, tam nominibus, quam alijs partibus orationis ſunt communia, nunc vero de nomine præcipue agamus.

agamus. Et quoniam in nominibus præſertim, varia harum ſex litterarum lenitas, & aſperitas magna ex parte, a varietate vocalium, quibus conſonantes eas præcedentes afficiuntur, dependet: opere pretium eſt, vt diſtincte, & clare procedamus, ſingulas ordine vocales percurrere, & quando poſt ipſas, ſeu poſt conſonantes ipſis affectas, prædictæ ſex litteræ lenes, vel aſperæ euadant, edocere.

Notandum igitur eſt tertio, poſt ܰ ſupra primam conſonãtem, ſi ſit aliqua e ſex quieſcens, euadere mollem, vt

ܓܒܪܐ	vir.	ܩܠܝܠܐ	pernix.
ܣܟܠܐ	ſtultus	ܣܒܪܐ	ſpes
ܫܦܪܐ	aurora	ܨܦܪܐ	mane
ܢܦܫܐ	animus	ܥܦܪܐ	terra
ܦܓܪܐ	corpus	ܫܦܠܐ	vilis, contemptus.
ܥܒܝܐ	denſus, ſpiſſus	ܣܬܘܐ	hyems
ܫܦܠܘܬܐ	vilitas	ܣܟܠܘܬܐ	ſtultitia
ܐܦܝܣܘܬܐ	interceſſio	ܐܟܣܢܝܐ	peregrinus
ܡܓܪܘܦܐ	furcilla	ܡܫܟܒܐ	locus, in quo quis

iacet, & cętera.

Huc ſpectant etiam quædam aduerbia, vt

ܐܟܚܕܐ ſimul, vna   ܐܟܙܢܐ quemadmodum

ܡܟܝܠ itaque, quare, &c.

 Exci-

Excipiuntur tamen quędam nomina, vt

ܬܪܣܐ ſcutum ܟܟܪܐ talentum.

Et fœminina quædam, quorum penultima eſt ܬ, vt

ܫܒܬܐ ſabbatum ܐܟܬܐ excandeſcentia

ܨܥܬܐ paropſis ܪܒܬܐ magna.

Si vero ſit mota, eſſe aſperam, vt

ܐܟܪܐ arator ܪܒܐ magnus, magiſter.

ܓܒܐ latus ܝܒܠܐ riuus

ܥܬܝܪܐ diues ܫܬܝܩܐ ſilens.

Et eodem modo in verbis, vt

ܬܒܪ fregit ܣܒܪ ſperauit, &c.

Quædam tamen excipiuntur, vt

ܐܒܪܐ plumbum ܐܟܝܠܐ comeſtus

ܐܓܝܪܐ mercenarius ܐܒܝܠܐ lugens.

Similiter ܐܒܐ pater, cum ad carnalem refertur: cum vero ad ſpiritualem, ſequitur regulam.

Et rurſus nomina ſupra primam ܴ habentia, ſi quatuor ſint litterarum, tertiam habent aſperam, vt

ܡܠܟܐ rex ܥܒܕܐ ſeruus

ܕܡܟܐ dormiens ܝܩܕܐ holocauſtum

ܚܘܒܐ debitum ܟܠܒܐ canis

ܟܕܐ

ܪܥܒܬܢܐ auidus — ܬܠܓܐ nix.

ܙܠܓܐ ſplendor — ܡܪܓܐ pratum

ܥܠܓܐ hæſitãtia, balbuties. — ܒܝܬܐ domus

ܦܘܕܐ lapſus, error — ܡܘܬܐ mors

ܕܘܬܐ conuerſatio, & cæt.

Excipiuntur tamen fœminina, quorum tertia eſt ܬ, vt

ܐܡܬܐ ancilla — ܒܪܬܐ filia

ܟܠܬܐ ſponſa — ܓܢܬܐ hortus

ܫܒܬܐ ſabbatum, & cæt.

Si vero quinque ſint litterarum, habent quoque tertiam aſperam, quartam vero mollem, vt

ܡܕܒܚܐ altare — ܡܪܒܥܐ vterus, vulua

ܗܝܟܠܐ templum — ܡܘܒܠܐ onus

ܡܓܕܠܐ turris — ܡܫܟܒܐ dormitorium

ܡܣܡܟܐ accubitum — ܟܘܟܒܐ ſtella

ܐܪܢܒܐ lepus — ܡܠܟܬܐ regina

ܫܪܒܬܐ generatio — ܬܗܪܐ admiratio, ſtupor.

Sic ܡܠܐܟܐ angelus — ܡܣܐܬܐ ſtatera, ſeu libra.

ܡܰܘܬܳܐ mors ܬܘܬܪܐ fragmentum.

Excipiuntur tamen quædam, quæ vel habent tertiam mollē, vt

ܐܒܕܢܐ perditio ܡܠܦܢܐ doctor

ܡܣܘܪܐ & ܡܥܓܢܐ quæ ſunt quædam vaſa ænea. Vel quartam aſperam, vt

ܡܥܠܢܐ ingreſſus ܡܦܩܢܐ egreſſus

ܡܣܩܢܐ aſcenſus ܓܓܪܬܐ guttur, &c.

ܡܚܬܢܐ vero deſcenſus, quartam iuxta regulam habet mollē.

Similiter ſi e ſex conſtent litteris, tertiā habent aſperam, quartam vero, & quintam mollem, vt

ܦܢܝܣܐ lampas ܬܨܒܝܬܐ ornatus

ܝܠܘܕܐ pueri non habentes vſum rationis.

ܪܚܡܬܢܐ amator ܪܗܒܘܢܐ arha

ܢܚܬܘܡܐ piſtor, ſeu cocus, ſeu qui furno, vel coquinæ præeſt.

ܦܬܘܬܐ fruſtum panis ܛܝܒܘܬܐ gratia

ܡܚܫܒܬܐ cogitatio ܡܘܬܒܐ thronus, ſolium

ܡܝܕܥܢܐ ſcientificus ܩܪܩܦܬܐ caluaria.

Excipiuntur nonnulla, quorum quinta aſpera eſſe ſolet, vt

ܡܥܒܪܬܐ aditus, tranſitus ܫܘܕܪܬܐ miſſio

ܬܫܡܫܬܐ

ܬܟܫܦܬܐ intercessio ܬܘܠܝܕܬܐ generatio

ܬܘܣܦܬܐ additio ܬܟܣܝܬܐ veſtis, indumentum,& alia quædam.

Præterea ܵ ſupra ſecundam conſonantem poſitum, ſi proxime aliqua e ſex mota ſequatur, ſolet eſſe aſpera, vt

ܚܕܬܐ noua ܦܪܓܐ milium

ܦܪܦܐ caſula quædam, qualis eſt Idolorum.

ܦܓܪܘܪܐ cadauer ſine capite.

Si vero non proxime, ſed aliqua alia intercedente ſequatur, fere ſolet eſſe mollis, vt in ſubiectis, & ſimilibus patet nominibus.

ܣܒܪܬܐ annunciatio, euangelium ܣܟܠܬܐ ſtulta

ܚܒܪܬܐ ſocia ܥܣܩܬܐ difficilis, ardua.

ܛܒܪܬܐ puella ܣܩܠܬܐ contempta, deſpecta, vilis. Sic

ܦܪܚܬܐ volucris

ܒܪܩܬܐ fulmen ܡܠܚܬܐ ſalina

ܦܪܥܬܐ remuneratrix ܐܪܥܬܐ terra

ܥܡܪܬܐ habitata ܓܘܡܬܐ lacuna, ſeu fouea.

ܐܦܪܬܐ Rus quoddam Bethleem. Sic

ܬܢܚܬܐ ſuſpirium ܥܪܩܬܐ corrigia, & cæt.

Exci-

Excipiuntur tamen quædam,vt

ܡܪܟܒܐ	compoſitus	ܢܩܝܬܐ	munda
ܓܙܪܬܐ	inſula	ܥܓܠܬܐ	currus.

Notandum eſt quarto,poſt ܂ ſupra primam conſonantem, ſi ſit aliqua de ſex quieſcens vt plurimum eſſe mollem, vt

ܐܒܪܐ	ala	ܐܕܢܐ	auris
ܐܒܠܐ	luctus	ܕܒܚܐ	ſacrificium
ܕܒܫܐ	mel	ܕܟܪܐ	mas
ܗܒܠܐ	vanitas	ܗܕܪܐ	decus
ܙܒܠܐ	fimus	ܙܕܩܬܐ	eleemoſyna
ܚܒܨܐ	ſtrictio	ܚܦܪܐ	rubor, pudor
ܚܟܡܬܐ	ſapientia	ܛܦܪܐ	vnguis
ܕܘܬܐ	menſtruum	ܕܘܝܬܐ	menſtruata
ܡܫܚܬܐ	ſpatium	ܢܒܥܐ	fons
ܢܕܪܐ	votum	ܢܟܠܐ	fraus,dolus
ܢܙܩܐ	nocumentum	ܢܟܣܐ	bona, poſſeſſio.
ܣܕܪܐ	ordo	ܥܓܠܐ	vitulus

auxilium — reſponſio

voluntas — digitus

pes — ſenſus

feruor, cupiditas — ſpica

acies, agmen — phylacterium, &c.

Dixi vt plurimum, quia ſunt quædam, quę a regula aberrant, vt

area — ordo — fragmentum panis.

Si vero ſit mota, eſſe aſperam, vt

fructus — tectum

palatum — aloe

oppreſſio — linum

myrias — fucus

muſca — hinc

nunc,

Deinde nomina ſupra primam ↗ habentia, ſi e quatuor compacta ſint litteris, tertiam mollem habere ſolent, vt

nauis — ala, pinnaculum.

palatum — calx

ܡܠܬܐ	verbum	ܥܡܪܐ	lana
ܥܠܬܐ	cauſa	ܡܢܬܐ	pilus
ܚܡܬܐ	ira, furor	ܚܪܝܢܐ	controuerſia
ܚܛܬܐ	triticum.		Excipiuntur quædam, vt
ܢܩܝܬܐ	ouis	ܢܩܒܬܐ	fæmina
ܚܫܘܟܬܐ	tenebræ	ܙܦܬܐ vel ܙܦܬܐ	pix
ܨܒܬܐ	ornamentum	ܩܫܬܐ	cū ſignificat arcū.

Si vero e quinque conſlentur litteris, tertiam habere ſolet aſperam, ſecundam vero, & quartam mollem, vt

ܣܓܕܬܐ	adoratio	ܢܩܒܬܐ	fœmina
ܥܢܒܬܐ	vuua	ܢܨܒܬܐ	planta
ܫܓܕܬܐ	amygdala	ܥܩܒܬܐ	calcaneum, & cæt.

Præterea ſecunda ſpecies huius quinti generis coniugationũ. vt prima eiuſdem ſpecies, ſortitur affixa. Quocirca ſicut prima ſpecies in tertia maſc. gen. num. ſing. præteriti cum affixis tertiæ, & ſecundæ ſingularis numeri vtriuſque generis, & in tertia maſculini generis numeri pluralis cum omnibus affixis ; & in tertia etiam fœminini generis numeri pluralis, quæ cum ܢ, tantum formatur, cum affixis tertiæ, & ſecundæ ſingularis numeri vtriuſque generis, & primæ vtriuſque numeri mutat ܿ, quod eſt ſupra primam verbi conſonantem in ܼ; & ܼ, quod eſt ſupra ſecundam eiuſdem verbi conſonantem abiicit. Ita etiam ſecunda ſpecies in enumeratis perſonis cum dictis affixis commutat ܼ, quod eſt ſupra primam verbi conſonantem in ܼ; abiicitque ܿ, quod eſt ſupra ſecundam. vt ܝܠܕܗ ille peperit eum, ܝܠܕܘܗ vel ܝܠܕܘܢܝܗ illi pepererunt eũ ܝܠܕܢܝܗ illæ pepererunt eum ; ܝܠܕܢܗ illæ pepererunt eam &c. Et ſicut prima ſpecies in reliquis perſonis cũ aliis affixis ſuas proprias vocales non mutat in alias, vt conſtat ex verbo præmiſſo: ita neque ſecũda ſuas; vt ܝܠܕܟܘܢ ille peperit vos ܝܠܕܢܝܗ illæ pepererunt eum & cæt. Similiter, & in futuro ; ſicut prima ſpecies huius generis recipit affixa, vt prima ſecundi generis, retentis, vel reiectis litteris, & vocalibus futuri in medio formatiuis, in iis locis, in quibus ipſa retinet, vel reiicit: pari ratione ſecunda ſpecies, vt prima ſecundi generis cum affixis coniungitur. vt ܢܐܠܕܝܘܗܝ ille pariet eum ܢܐܠܕܝܗ ille pariet eam. ܢܐܠܕܟܘܢ ille pariet vos. Similique modo ſe habet in imperatiuo, & infinitiuo. dicitur enim in imperatiuo ܝܠܕܝܗܝ pare eum

eum ܝܠܕܝܗܝ pare me. ܝܠܕܝܢܝ vel ܝܠܕܘܗܝ parite eũ, ܝܠܕܝܗܝ tu fœmina pari eum, & cætera. Et in infinitiuo, ܠܡܐܠܕܗ parere ſeu ad pariendum eum, ſine ܝ ſupra ܠ, ܠܡܐܠܕܟܘܢ parere vos, cum ܝ, ſupra ܠ, &c.

De verborum, quæ habent duplex ܝ, & deſinunt in ܐ.

CAP. XVI.

VT in hac affixorum materia nihil, quod neceſſarium, vel vtile tyronibus, eſſe videatur, deſiderari poſſit, Proponã hic etiam aliquod verbum cum affixis ex illis, quæ habẽt duplex ܝ, & ܐ in fine cuiuſmodi eſt verbum ܝܐܝ quod ſignificat decorare, facere frui, gaudere, vel lætari, voluptate afficere, exaltare cum quædam animi delectatione, & cæt. ſicut eius paſſiuum eſt ܐܬܝܐܝ quod ſignificat decorari, gaudere, lætari, &c. prout locus declarandus poſtulat. De quibus verbis ſupra cum de verbis anomalis ageremus, ſermonem fecimus. Quamuis reuera, qui ſcit coniungere cum affixis aliquod verbũ quarti generis exempli gratia ܐܫܕܪ vel ܫܕܪ miſit, vel ܒܕܪ diſſipauit, hæc quoque facili negotio cum iiſdem connectere ſciat, Proponendum eſt igitur verbum ܒܝܐ conſolatus eſt, ſupra a nobis iam inflexum.

Præ-

Præteritum maſc. generis.

conſolatus eſt

ܒܝܐܗ eum

ܒܝܐܟ te

ܒܝܐܢܝ me

ܒܝܐܟܘܢ vos

ܒܝܐܢ nos

ܒܝܐܗ̇ eam

ܒܝܐܟܝ te

ܒܝܐܟܝܢ vos

conſolatus es

ܒܝܐܬܝܗܝ eum

ܒܝܐܬܢܝ me

ܒܝܐܬܢ nos

ܒܝܐܬܗ̇ eam

conſolatus ſum

ܒܝܐܬܗ eum

ܒܝܐܬܟ te

ܒܝܐܬܟܘܢ vos

ܒܝܐܬܗ̇ eam

ܒܝܐܬܟܝ te

ܒܝܐܬܟܝܢ vos

conſolati ſunt

ܒܝܐܘܢܝܗܝ ܒܝܐܘܗܝ eum

ܒܝܐܘܢܟ vel ܒܝܐܘܟ te

ܒܝܐܘܢܢܝ vel ܒܝܐܘܢܝ me

ܒܝܐܘܢܟܘܢ ܒܝܐܘܟܘܢ vos

ܒܝܐܘܢܢ vel ܒܝܐܘܢ nos

ܒܝܐܘܢܗ̇ vel ܒܝܐܘܗ̇ eam

ܒܝܐܘܢܟܝ l. ܒܝܐܘܟܝ te

ܒܝܐܘܢܟܝܢ ܒܝܐܘܟܝܢ vos

conſolati eſtis

ܒܝܐܬܘܢܝܗܝ eum

ܒܝܐܬܘܢܢܝ me

ܒܝܐܬܘܢܢ nos

ܒܝܐܬܘܢܗ̇

consolata es
ܒܝܐܬܝܗܘܢ eum
ܒܝܐܬܝܢܝ me
ܒܝܐܬܝܢ nos
ܒܝܐܬܝܗ̇ eam

consolatæ sunt
ܒܝܐ̈ܢܝܗܘܢ ܒܝܐ̈ܝܗܘܢ eum
ܒܝܐ̈ܢܟ vel ܒܝܐ̈ܟ te
ܒܝܐ̈ܢܢܝ vel ܒܝܐ̈ܢܝ me
ܒܝܐ̈ܢܟܘܢ vel ܒܝܐ̈ܟܘܢ vos
ܒܝܐ̈ܢܢ vel ܒܝܐ̈ܢ nos
ܒܝܐ̈ܢܗ̇ vel ܒܝܐ̈ܗ̇ eam
ܒܝܐ̈ܢܟܝ vel ܒܝܐ̈ܟܝ te
ܒܝܐ̈ܢܟܝܢ vel ܒܝܐ̈ܟܝܢ vos

consolatæ estis
ܒܝܐ̈ܬܝܢܝܗܘܢ eum
ܒܝܐ̈ܬܝܢܢܝ me
ܒܝܐ̈ܬܝܢܢ nos

ܒܝܐܬܘܗ̇ eam

consolati sumus
ܒܝܐܢܝܗܝ eum
ܒܝܐܢܟ te
ܒܝܐܢܟܘܢ vos
ܒܝܐܢܗ̇ eam
ܒܝܐܢܟܝ te
ܒܝܐܢܟܝܢ vos

Fœminini generis.

consolata est
ܒܝܐܬܗ eum
ܒܝܐܬܟ te
ܒܝܐܬܢܝ me
ܒܝܐܬܟܘܢ vos
ܒܝܐܬܢ nos
ܒܝܐܬܗ̇ eam
ܒܝܐܬܟܝ te
ܒܝܐܬܟܝܢ vos

ܐܒܝܐܟ te

ܐܒܝܐܟܘܢ vos

ܐܒܝܐܝܗ eam

ܐܒܝܐܟܝ te

ܐܒܝܐܟܝܢ vos

conſolabuntur

ܢܒܝܐܘܢܗܝ ܢܒܝܐܘܢܝܗ eum

ܢܒܝܐܘܢܟ te

ܢܒܝܐܘܢܢܝ me

ܢܒܝܐܘܢܟܘܢ vos

ܢܒܝܐܘܢܢ nos

ܢܒܝܐܘܢܗ eam

ܢܒܝܐܘܢܟܝ te

ܢܒܝܐܘܢܟܝܢ vos

conſolabimini

ܬܒܝܐܘܢܗܝ eum

ܬܒܝܐܘܢܢܝ me

ܬܒܝܐܘܢ

ܒܝܐܬܝܢܗ eam

Futurum maſcul. generis.

conſolabitur

ܢܒܝܐܝܘܗܝ eum

ܢܒܝܐܟ te

ܢܒܝܐܢܝ me

ܢܒܝܐܟܘܢ vos

ܢܒܝܐܢ nos

ܢܒܝܐܝܗ eam

ܢܒܝܐܟܝ te

ܢܒܝܐܟܝܢ vos

conſolaberis

ܬܒܝܐܝܘܗܝ ܬܒܝܐܗ eum

ܬܒܝܐܢܝ me

ܬܒܝܐܢ nos

ܬܒܝܐܝܗ eam

conſolabor

ܐܒܝܐܝܘܗܝ eum

ܐܒܝܐܟܘܢ vos

conſolaberis

ܬܒܝܐܝܘܗܝ eum

ܬܒܝܐܝܢܝ me

ܬܒܝܐܝܢ nos

ܬܒܝܐܝܗ eam

conſolabuntur

ܢܒܝܐܘܢܝܗܝ eum

ܢܒܝܐܘܢܟ te

ܢܒܝܐܘܢܢܝ me

ܢܒܝܐܘܢܟܘܢ vos

ܢܒܝܐܘܢܢ nos

ܢܒܝܐܘܢܗ eam

ܢܒܝܐܘܢܟܝ te

ܢܒܝܐܘܢܟܝܢ vos

conſolabimini

ܬܒܝܐܘܢܝܗܝ eum

ܬܒܝܐܘܢܢܝ me

ܐܒܝܐܘܢ nos

ܐܒܝܐܘܗ eam

conſolabimur

ܢܒܝܐܘܗܝ eum

ܢܒܝܐܟ te

ܢܒܝܐܟܘܢ vos

ܢܒܝܐܝܗ eam

ܢܒܝܐܟܝ te

ܢܒܝܐܟܝܢ vos

Fœminini generis.

conſolabitur

ܬܒܝܐܘܗܝ eum

ܬܒܝܐܟ te

ܬܒܝܐܢܝ me

ܬܒܝܐܟܘܢ vos

ܬܒܝܐܢ nos

ܬܒܝܐܝܗ eam

ܬܒܝܐܟܝ te

ܒܰܝܳܐܢ nos

ܒܰܝܳܐܝܗ̇ eam

conſolamini

ܒܰܝܐܘܢܳܝܗܝ ܒܰܝܐܘܗܝ eum

ܒܰܝܐܘܢܳܢܝ vel ܒܰܝܐܘܢܝ me

ܒܰܝܐܘܢܳܢ vel ܒܰܝܐܘܢ nos

ܒܰܝܐܘܢܳܗ̇ vel ܒܰܝܐܘܗ̇ eam

Infinitiuus.

conſolari, vel ad conſolandum

ܠܡܒܰܝܳܐܘܬܶܗ eum

ܠܡܒܰܝܳܐܘܬܳܟ te

ܠܡܒܰܝܳܐܘܬܝ me

ܠܡܒܰܝܳܐܘܬܟܘܢ vos

ܠܡܒܰܝܳܐܘܬܰܢ nos

ܠܡܒܰܝܳܐܘܬܳܗ̇ eam

ܠܡܒܰܝܳܐܘܬܶܟܝ te

ܠܡܒܰܝܳܐܘܬܟܶܝܢ vos

ܐܰܒܝܳܐܢ nos

ܐܰܒܝܳܐܝܗ̇ eam

Imperatiuus maſc. gen.

conſolare

ܒܰܝܳܐܝܗܝ eum

ܒܰܝܳܐܢܝ me

ܒܰܝܳܐܢ nos

ܒܰܝܳܐܝܗ̇ eam

conſolamini

ܒܰܝܐܘܢܳܝܗܝ ܒܰܝܐܘܗܝ eum

ܒܰܝܐܘܢܳܢܝ vel ܒܰܝܐܘܢܝ me

ܒܰܝܐܘܢܳܢ vel ܒܰܝܐܘܢ nos

ܒܰܝܐܘܢܳܗ̇ vel ܒܰܝܐܘܗ̇ eam

Fœm. generis.

conſolare

ܒܰܝܳܐܝܗܘ eum

ܒܰܝܳܐܝܢܝ me

Hic ſciendum eſt, non conuenire Orientales inter ſe, de ſecunda perſona maſc. gener. numeri pluralis imperatiui; quæ ſine

ܒܝܐܘ

ܢ formatur, ſicut etiam in multis alijs non ſolent conuenire. Orientales enim remotiores auferunt ab ea cum affixis ſecundã vocalem, quæ eſt ܝ, ſicut in præterito, & ſic legunt ܒܝܐܘܗܝ conſolamini eum, cum vno ܝ. Viciniores vero non item; dicuntq. ܒܝܐܘܗܝ cum duplici ܝ. Equidem niſi metri adſit neceſſitas, ſemper legerem, vt remotiores Orientales, quia in alijs verbis quarti generis iſtæ duæ perſonæ in imperatiuo, & prçterito ſimili modo recipiunt affixa.

De qualitatibus verborum, eorumq. diuiſione.

CAP. XVII.

Notandum eſt, verborum alia vocari ܡܥܒܕܢܐ actiua, vel ܡܫܢܝܢܐ tranſmigrantia, ſeu vt Latini, tranſitiua, alia ܡܬܥܒܕܢܐ paſſiua, alia ܕܝܠܢܝܐ inhærentia, ſeu intranſitiua. Dicuntur autem verba tranſmigrantia, quia ſignificant actionem tranſmigrantem, ſeu tranſeuntem ab eo, a quo fit, ad alium, vt ܐܩܝܡ ſurgere fecit. De paſſiuis diximus fuſe in verborum coniugationibus, præſertim in paſſiuo primi generis. Dicuntur præterea inhærentia, quia ſignificant actionem inhærentem in eo, a quo exercetur; vt ܩܡ ſurrexit, ſeu ſtetit. Tranſmigrantia porro in libris appellata reperies ܠܐܚܪܢܐ id eſt, alios, quod actionem ad alios tranſeuntem ſignificant. Inhærentia vero ܒܩܢܘܡܗ ideſt, per ſe, ſeu in natura ſua; quia actionem

nem in eo ipſo, a quo exercetur, manere, ſeu inhærere indicant. Vnde ܐܒܕ dici ſolet ܒܩܢܘܡܗ idest, perijt ipſemet; ܐܘܒܕ vero ܠܐܚܪ̈ܢܐ idest, perire fecit alios.

De modo, quo inhærentia fiant tranſmigrantia, & tranſmigrantia iterum tranſmigrantia.

CAP. XVIII.

NOtandum eſt primo, non ſolum inhęrentia fieri tranſmigrantia; ſed etiã ipſa tranſmigrãtia fieri iterũ trãſmigrantia. Et quidem tranſmigrantia ſimpliciter in dictionarijs appellari ſolent ܚܕ ܙܒܢ idest, vnius viciſſitudinis; quia videlicet ſignificant actionem vna vice, ſeu non frequenter factam; vt ܩܛܠ interfecit. Quæ vero ex illis fiunt iterum trãſmigrantia, ſolent dici ܣܓܝܐܬ ܙܒܢ̈ܝܢ idest, plurium viciſſitudinum, quia ſcilicet actionem multis vicibus, ſeu frequenter factam indicant, vt ܩܛܠ multis vicibus interfecit. Sed hæc verba ſæpe inter ſe confunduntur, & vnum pro alio vſurpãtur.

Notandum eſt ſecundo, duobus potiſſimum modis inhærentia fieri, tranſmigrantia; & hæc iterum tranſmigrantia. Primo additione ܐ cum ܿ principio verborum in præterito. Secundo additione ſolius ܿ ſupra primam conſonantem.

Notandum eſt tertio, ſecundam primæ coniugationis (vt ab ea ſumamus initium) ſpeciem eſſe verborum inhærentium, ſeu intranſitiuorum; fieriq. tranſmigrantium, vel additione ܿ, vt ܚܕܝ gauiſus eſt, a quo fit ܚܕܝ lætificauit, vel additione ܐ

cum

cum [Syriac] vt [Syriac] creuit, ſeu multiplicatus eſt, a quo fit [Syriac] multiplicauit. Et ita huiuſmodi verba euadunt tertiæ coniugationis. A prima vero ſpecie, quæ, & inhærentia, & tranſmigrantia complectitur, fiunt tranſmigrantia, nunc priori, nunc vero poſteriori modo, ſemper tamen addito [Syriac] in fine, loco [Syriac] & [Syriac] ſupra penultimam, ita vt huiuſmodi verba ſint etiam tertiæ coniugationis, vt [Syriac] errauit, a quo fit [Syriac] errare fecit, ſeu ſeduxit [Syriac] pænituit, a quo fit [Syriac] pænitere fecit. [Syriac] vixit, a quo [Syriac] viuificauit, in quo verbo [Syriac] eius naturale non retinetur. Huc reuocari poſſunt [Syriac] iurauit, a quo [Syriac] iurare fecit, [Syriac] germinauit, a quo [Syriac] germinare fecit, ſeu produxit, quibus additur etiam [Syriac]; & [Syriac] venit, a quo [Syriac] venire fecit, ſeu attulit; cui loco [Syriac] additur [Syriac].

Notandum eſt quarto, iiſdem plane modis fiũt prædicta trãſmigrantia, & iterum tranſmigrantia in ſecunda coniugatione, vt [Syriac] quieuit, a quo fit [Syriac] quieſcere fecit, [Syriac] dilexit, a quo fit [Syriac] diligere fecit. Primæ autem, & tertiæ ſpeciei verba, cum fiunt tranſmigrantia mutant [Syriac] in [Syriac], vt [Syriac] diripuit, a quo fit [Syriac] diripere fecit, [Syriac] rediit, a quo [Syriac] redire fecit. Et quædam etiam ſecundæ ſpeciei, vt [Syriac]

ܡܟ humiliatus eſt, diminutus eſt, a quo ܐܡܟ humiliauit. ܥܢܐ exaudiuit, a quo ܐܥܢܝ exaudire fecit. Verumtamen verba ſecundæ ſpeciei fere habere ſolent ܝ poſt primam conſonantem, ſupra quam erat ܼ , & reiecto ܼ ipſa afficitur ܼ, vt ܕܫ conculcauit, a quo fit ܐܕܝܫ conculcare fecit, ܢܚ requieuit, a quo ܐܢܝܚ requieſcere fecit, &c. Tertiæ poſtea ſpeciei verba ſæpe fiunt cum ſolo ܼ , vt ܒܨܪ defecit, diminutus eſt, a quo fit ܒܨܪ diminuit, ܡܫܚ perdidit, a quo ܡܫܚ perdere fecit, &c. Huiuſmodi porro verba, quæ fiunt in hoc genere coniugationum tranſmigrantia, reuocantur ad quartum genus coniugationum.

Notandum eſt quinto, verba in quinto genere coniugationũ fieri iterum tranſmigrantia, vel ſimpliciter tranſmigrantia, additione ܐ cum ܼ , & præterea ܘ poſt ipſum ܐ , & ܼ ſupra penultimam, in iis tamen verbis, quorum ultima non eſt ex gutturalibus, vt ܐܚܕ tenuit, a quo fit ܐܘܚܕ tenere fecit, ܐܟܠ comedit, a quo ܐܘܟܠ comedere fecit, ܐܒܕ periit, perditus, vel amiſſus eſt, a quo ܐܘܒܕ perire fecit, perdidit, amiſit, ܐܘܟܡ nigruit, a quo ܐܘܟܡ nigrefecit, ܝܒܫ aruit, a quo ܐܘܒܫ areſecit, ܝܩܕ combuſtus eſt, a quo ܐܘܩܕ combuſſit, ܝܬܪ lucratus eſt, a quo ܐܘܬܪ lucrari fecit, &c. a verbota-

bo tamen ܝܢܩ lactatus eſt, ſeu lac ſuxit, dupliciter fiũt tranſmigrantia primum modo iam dicto, vt ܐܘܢܩ lactauit. Deinde ſine ܘ retento proprio ܝ quieſcenti, vt ܐܝܢܩ lactauit, ſeu lac ſugere fecit. Verba porro huius generis quæ fiunt trãſmigrantia, ſicut & verba ſecundi generis, ad quartum genus coniugationum reducuntur.

Notandum eſt ſexto, etſi omnia verba, quæ fiunt tranſmigrãtia, prædictis litteris, & vocalibus fiunt; non tamen omnia verba quæ illas habent, eſſe tranſmigrantia, ſeu tranſitiua. Nam ܐܚܘܪ dealbatus eſt, ܐܢܗܪ reſplenduit, ܐܬܓܪܒ leproſus factus eſt, ܡܛܐ peruenit, & alia multa, quæ licet tranſmigrãtium litteras habeant, illiſq. ſint ſimilia, tranſmigrantia tamen non ſunt. Præterea ingreſſione prædictarum litterarum & vocalium interdum verborum omnino mutatur ſignificatio, vt ܦܪܥ retribuit, ܐܦܪܥ germinauit, ܚܦܪ fodit, ܐܚܦܪ confuſus eſt, ܫܐܠ interrogauit, ܐܫܐܠ mutuauit, ܫܪܐ ſoluit, ܫܪܝ incœpit, ܫܢܐ inſanijt, ܫܢܝ tranſmigrauit. Quamuis dici poſſint, hæc verba habere ſignificationẽ diſtinctam, quia nomina a quibus deriuantur, eamdem quoque diſtinctam habent. Verba enim in lingua noſtra a nominibus tamquam ab eorum radicibus non ſolum in deriuando, verumetiam in ſignificando dependent. Nam ܫܢܐ quia a ܫܘܢܝܐ quod tranſlationem, aſſumptionem, vel tranſmigrationem deſignat; transferre etiam aſſumere, vel tranſmigrare denotat. Et ſic inductione patet in cæteris; atque hæc de verborum affixis.

De verbis iteratis.

C A P. XVIX.

VErbum iteratum illud appellamus, quod vel iteratum totum, vel iterata aliqua ſillaba, vel littera fit vnum, & idem verbum licet alterius euadat coniugationis: & ſicut ſecundum vocem, ita fere etiā ſecundum ſignificationem iteratur: quo fit, vt quaſi verbo, quod a latinis frequentatiuum nuncupatur, reſpondere videatur. Primum itaque verba primi generis vocis paſſiuæ fiunt iterata iteratione penultimæ, quæ afficienda eſt, interpoſitioneq. ܘ, vt ܐܬܚܙܝ viſus eſt, fit ܐܬܚܙܘܝ iterum, atque iterum, ſeu multis vicibus viſus eſt, & tunc huiuſmodi verba non ad primum, ſed ad ſecundum coniugationum genus pertinebunt. Deinde verba primæ ſpeciei ſecundi generis coniugationum vocis actiuæ fiunt iterata iteratione totius verbi, additioneq. ܙ ad penultimam, ita vt ad primam quarti generis coniugationum ſpeciem reducantur. Nam ܒܙ, ſi iteretur, fit ܒܙܒܙ idest, iterum atque iterum, vel ſæpenumero diripuit, eiuſque paſſiuum eſt ܐܬܒܙܒܙ. Huc ſpectāt nonnulla alia verba, quæ videntur eſſe iterata, quamuis ſine iteratione apud bonos ſcriptores non reperiantur; cuiuſmodi eſt ܛܠܛܠ, ideſt, modo huc, modo illuc dimouit, inclinauit, vacillare fecit, cuius paſſiuum eſt ܐܬܛܠܛܠ, & ܟܣܟܣ lacerauit, cuius paſſiuum eſt ܐܬܟܣܟܣ & ܒܠܒܠ confudit, permiſcuit, cuius paſſiuum eſt ܐܬܒܠܒܠ & cætera.

Præ-

Præterea à paſſiuis tam huius ſecundi, quam quarti generis coniugationum eodem plane modo formantur verba iterata iteratione nimirum alicuius ſyllabæ, vel aliquarum litterarum cùm ܝ, tertia eorum littera manente quieſcenti, vt ab ܐܬܡܙܓ miſtus eſt, cum ̂ ſupra ܐ, & ܘ quieſcenti, & ab ܐܬܡܙܓܙܓ cum ܝ ſupra ܐ & ܘ, ideſt miſtus eſt, vel cōpoſitus eſt, fit ܐܬܡܙܓܙܓ quod iterum, atque iterum, vel ſæpius miſceri, componique ſignificat. & ſic ab alijs ſine vllo plane vocaliũ in diſcrimine huiuſmodi verba iterata deriuantur. Illud tamen aduertendũ eſt huiuſmodi verba non eſſe admodum in vſu, nec ab omnibus verbis eleganter ac facile deduci poſſe; vt patet in paſſiuo verborum primæ ſpeciei ſecundi generis, ab ܐܬܒܙ enim non ſatis eleganter dicitur ܐܬܒܙܒܙ, ideſt multis vicibus direptus eſt, & ita in paſſiuis aliorum verborum variarum coniugationum. Quare cauendum eſt, ne in illis frequenter, & ſine iudicio vſurpandis inornatam reddamus orationem.

De verborum lenitate, & aſperitate.

C A P. X X.

EAſdem ob cauſas, quas lib. 2. cap. 15. de ſimili materia agentes diximus, lenitatem, aſperitatemq; verba in illis ijſdem ſex litteris, tum loco citato, tum lib. 1. cap. 5. aſſignatis, ſortiuntur. Hic autem explicandum eſt, quomodo ea ſortiantur.

Notandum eſt itaque primo, quatuor eſſe litteras hac voce ܐܡܘܢ vel ܐܘܡܢ comprehenſas, ſcilicet ܐ, ܡ, ܘ, ܢ qua-

rum primam accidere præſenti, & infinitiuo, reliquas futuro, ex coniugationibus manifeſtum eſt; quo fit, vt ܡܦܩܢܐ id eſt, caſus a Grammaticis dici conſueſcant. Hæ autem litteræ cum alicui conſonanti de ſex accidunt, ſi eam quieſcentem reperiũt, habent vim efficiendi illam mollem, vt ܡܚܪܪ liberat; ܢܚܪܪ liberabit &c. contra vero, ſi eam motam offendunt, vt ܐܚܪܪ liberabo, ܢܬܠ dabit, ܢܕܥ ſciet, &c. Præterea duæ litteræ, ܕ nimirum, & ܘ cum verbo cadunt, eius primam litteram, ſi de ſex eſt, mollem reddunt, vt ܕܒܪܐ qui creauit, ܘܒܪܐ & creauit. Aduertendum tamen eſt, has duas litteras, ſi litteram ܬ quieſcentem reperiant, aſperitate afficere, vt ܕܬܚܪܪ vt liberes. ܘܬܕܘܢ et iudicabis; Sin vero motam, lenitate, vt ܕܬܫܒܘܩ vt relinquas, ܘܬܬܟܠܠ & coronaberis, &c. Et quidem ܘ affectum ܝ, non ſolum ſi litteram ܬ, ſed ſi aliquam aliam de ſex, in vocibus tamen polyſillabis, ſiue hæ ſint verba, ſiue nomina, quieſcentem offendat; eam reddit aſperam, vt ܘܕܬܕܥܘܢ & vt ſciatis, ܘܕܩܕܝܫܐ & ſanctorum, &c.

Notandum eſt ſecundo, ܬ quo verbum actiuum fieri ſolet paſſiuum, eſſe molle, modo elementis ܣ & ܫ non poſtponatur: tunc enim, non molle, ſed aſperum erit. Deinde, cum paſſiuum per duplex ܬ formatur, præcedens eſſe lene, ſubſequens vero aſperum. Item ܬ vltimum, primæ perſonæ ſingularis numeri, & tertiæ fœmin. gen. eiuſdem numeri cuiuſlibet ver-

verbi eſſe molle ſine affixis, cum affixis enim ܬ primæ perſonæ, licet in prima coniugatione ſuam retineat lenitatem, in aliis tamen eam amittit, aſperitatemq. recipit. ܬ vero tertiæ prædictæ fœmin. gen. in omnibus ſuam conſeruat lenitatem. Contra vero ܬ vltimum, ſecundæ perſonæ vtriuſque generis, & numeri ſine affixis, & cum affixis ſemper eſt aſperum: quorum ſingula ex dictis in variis locis ſunt manifeſta.

Notandum eſt tertio, ſecundam conſonantem primi gen. cōiugationum in præterito, præſenti, & imp. ſi ſit de ſex, eſſe mollē, vt ܟܒܐ luxit, ܟܒܐ lugebit, ܟܒܝ luge. In futuro vero, & infinitiuo, eſſe aſperam, vt ܢܙܟܐ vincet, ܠܡܟܒܐ lugere. At vero vltima conſonans primæ, tertiæ, & quartæ ſpeciei ſecundi generis, ſi ex ijſdem ſit, in prima perſona præteriti ſingularis num. & tertia eiuſdem temporis, & num. fœmin. gen. vtriuſque numeri euadit aſpera, vt ܛܥܝܬ erraui, ܛܥܬ errauit, ܟܬܒ̈ܢ ſcribunt, ܫܟܒܬ iacet, ܫܟܒ̈ܢ iacent: in reliquis vero perſonis, cuiuſlibet temporis, vel modi eſt mollis, vt ܛܥܐ errauit, ܟܬܒ ſcribit, ܢܟܬܘܒ ſcribet, ܟܬܘܒ ſcribe, ܠܡܟܬܒ ſcribere. ܢܫܟܘܒ iacebit, ܫܟܘܒ iace, ܠܡܫܟܒ iacere, & cæt. Rurſus ſecunda conſonans prædictæ tertiæ, & quartæ ſpeciei, in præterito, præſenti, & imperatiuo eſt lenis: in futuro vero, & infinitiuo eſt aſpera, vt in duobus præmiſſis verbis videre eſt. Nam ܬ, quæ eſt ſecunda verbi ܟܬܒ ſcripſit, & ܝܬܒ quæ eſt ſecunda verbi ܫܟܒ iacuit, pro varietate temporum

ac

ac modorum enumeratorum modo lenitate, modo aſperitate afficiuntur, ſicut pro varietate perſonarum, ſe habet ܬ, quæ eſt illorum vltima. Præterea ſecunda conſonans ſecundæ ſpeciei prædicti ſecundi generis coniugationum, in quocumque tempore, vel modo, excepto præſenti, ſi de ſex erit, erit mollis, vt ܐܬܒܪܟ liquefactus eſt, ܐܬܒܪܟܬ liquefactus ſum, ܢܬܒܪܟ liquefiet &c. In præſenti autem, ſi ſit maſc. gen. ſing. numeri, erit etiam mollis, vt ܡܬܒܪܟ liquefit; ſi vero ſit pluralis numeri, & fœmin. gen. vtriuſque generis, erit aſpera, vt ܡܬܒܪܟܝܢ liquefiunt, ܡܬܒܪܟܐ liquefit, ܡܬܒܪܟܢ liquefiunt; quamuis hæc duo verba ܢܛܪ id eſt, cauit, & ܣܝܓ ſepſit, excipiantur, & ſecundam in omnibus temporibus, ac modis mollem ſortiantur.

Notandum eſt quarto verba tertij generis coniugationum, ſi ſint trium litterarum eſſe ſolita habere ſecundam, ſi ſit de ſex, aſperam in omnibus fere temporibus, ac modis, cuiuſmodi ܣܟܐ expectauit, ܚܒܠ nocuit, ܕܟܐ purificauit. Si vero ſint quatuor litterarum, ſecundam habere mollem, tertiam vero, aſperam, vt ܓܒܐ elegit, ܣܓܐ multiplicauit, ܦܬܐ dilatauit. Verba autem quarti generis, trium quidem litterarum, ſecundam aſperam, tertiam mollem; quattuor vero litterarum, ſecundam, & quartam mollem, tertiam aſperam; ſi de ſex fuerint, in omnibus fere temporibus, ac modis habebunt; cuiuſmodi ܫܚܠܦ variauit, ܫܚܠܦܬ variaui, ܩܪܒ obtulit, ܩܪܒܬ obtulit, fœminini generis, ܡܩܪܒܝܢ offerunt, ܐܚܒܬ dilexiſti

imperatiuo de quo mox, quartam, & quintam mollem; tertiam vero aſperã, ſubintelligẽdo ſemper, ſi de ſex fuerint, vt ܐܬܟܬܒ ſcriptus eſt, ܡܬܟܬܒ ſcribitur, &c. Reliqua porro verba paſſiua tertij, quarti, & quinti generis coniugationum, vt plurimum ſuorum actiuorum lenitatem, & aſperitatem retinent, vt ܐܬܕܟܝ purificatus eſt, ܐܬܚܠܦܬ variatus ſum, ܐܬܐܫܕ effuſa eſt, ܐܣܬܚܝ lotus eſt, ܡܬܕܟܐ purificatur, ܡܬܚܠܦܝܢ variantur, ܡܬܐܫܕ effunditur &c. Illud ſolũ eſt aduertendum, licet verba paſſiua tam ſecundi generis, quam primæ ſpeciei quarti generis in Imperatiuo, vocum lectione, immo aliquando vocibus ipſis ita conueniant, vt cuiuſnam horũ generum ſint, vix diſcerni poſſint; lenitate tamen, & aſperitate aliquando nonnihil differre. Verba enim ſecundi generis quintam habẽt aſperam, vt ܐܬܢܓܕ ducere, ſeu trahere, ab ܐܬܢܓܕ ductus, ſeu tractus eſt: verba vero prædicta quarti generis eamdem petunt mollem, vt ܐܬܢܓܕ cædere flagellis, ab ܐܬܢܓܕ flagellis cæſus eſt, quamuis remotiores Orientales, vt forte prędicta verba ab inuicem in imperatiuo diſtinguant, imperatiuũ quarti generis, vt eiuſdem præteritum ſine vllo plane diſcrimine legere videantur: ſed hoc ligata quidem non tamen ſoluta oratione loquentibus, vt alibi dictum eſt, conceditur. Et vbi vocum nulla ratione aſſignari poteſt diſtinctio, ſufficit ſignificationis. Et hæc de hac materia dicta ſint; quæ vero ſuperſunt vſu ipſo, & experientia ſunt comparanda: illud tamẽ mihi ſemper videtur eſſe animaduertendum in lenitate, aſperitateq. vocum adhibenda ſolum curæ eſſe, vt tum ipſarum diſcrepantia, tum lepos, ſermoniſq. vetuſtas appareat.

De

De verbo nominis, ſeu participio.

CAP. XX.

HVcuſque de nomine, & verbo egimus; nunc, quam breuiſſime nobis agendum eſt de eo, quod vtriuſque eſt particeps, ſcilicet ܡܠܬ ܫܡܐ verbum nominis, quod, vt bene intelligatur.

Notándum eſt primo, verbum nominis omiſſis aliis modis, hoc modo melius deſcribi. ܡܠܬ ܫܡܐ ܐܝܬܘܗܝ ܫܡܐ ܚܛܝܦܐ ܛܥܝܢ ܣܘܟܠܐ ܕܡܠܬܐ ܠܐ ܡܬܚܡܬܐ܀ Ideſt, verbum nominis eſt nomen contractum portans, ſeu ferēs ſenſum, vel intelligentiam verbi non determinati. Dicitur autem (nomen contractum) vt diſtinguatur à nominibus nō cōtractis, ܛܒ enim bonus eſt, & ܛܒܐ bona eſt, diſtinguuntur a ܛܒܐ bonus, & ܛܒܬܐ bona; quia illa ſunt contracta, hæc non item. Deinde additur (ferens intelligentiam verbi) quia fere ſemper ſubintelligitur verbum aliquod, quo fit, vt paſſim ſine verbo in oratione ponatur. Subiungitur poſtremo (nō determinati) quia verbum nominis non vnum verbi tantum determinatum tempus: ſed omnia eius tempora ſine diſtinctione, ac determinatione deſignare poteſt; licetq. in eo modo præteritum, modo præſens, modoq. futurum (prout locus exigit) contineri ſubintelligere. Ex quibus conſtat manifeſte, vt aliquod nomen nuncupetur, ac ſit verbum nominis non eſſe neceſſe, vt ab aliquo verbo, ſicut participium apud Latinos, deriuetur; ſed ſatis eſſe, ſi ſit adiectiuum contractum virtute verbum aliquod (quod fere ſolet eſſe, ſum, es, eſt) non determinatum continens.

Notandum eſt ſecundo, perſonas verbum nominis ſequentes cum eo genere, & numero conſentire; & quaſdam illarum ſeparatas, quaſdam vero interdum ſeparatas, interdum cum eo copulatas, & legi, & ſcribi. Prima enim perſona ſingul. num. licet ſemper ſeparate ſcribatur; ſemper tamen coniuncte profertur, vt diximus lib. 1. cap. 13. vt ܩܕܝܫ ܐܢܐ ſanctus ſum. Eadem vero num. plur. & ſecunda vtriuſque num. & gen. modo ſeparate, modo coniuncte, prout ſermonis requirit ornatus, & ſcribuntur, & leguntur. Dicitur enim ܡܬܝܠܕܝܢ ܚܢܢ vel ܡܬܝܠܕܝܢܢ nati ſumus nos. ܡܬܝܠܕ ܐܢܬ vel ܡܬܝܠܕܬ natus es. ܡܬܝܠܕܝܢ ܐܢܬܘܢ vel ܡܬܝܠܕܝܬܘܢ nati eſtis vos. ܡܬܝܠܕܐ ܐܢܬܝ vel ܡܬܝܠܕܬܝ nata es tu. ܡܬܝܠܕܢ ܐܢܬܝܢ vel ܡܬܝܠܕܬܝܢ natæ eſtis vos. Et ſic in aliis generis eiuſdem.

Vbi aduertendum eſt, ſæpe pronomina, vt lib. 2. dictum eſt, cũ verbum nominis ſequuntur, verbi etiam vicẽ gerere poſſe. Vnde etiam, licet verbum nominis occulte, & virtute verbum aliquod contineat; ſæpe tamen aperte verbum elegantiæ cauſa habere poteſt, vt Pſalm. iuxta Syros 144. & iuxta Latinos 145.

ܡܗܝܡܢ ܗܘ ܡܪܝܐ ܒܡܠܘܗܝ.

Fidelis eſt Dominus in verbis ſuis.

Notandum eſt tertio, à verbis tam in voce actiuã, quam paſſiua deriuari ſolere quædam nomina, quæ quoniam aliquam cum Latinorum nominibus verbalibus, ac participiis affinitatẽ habent, ac ſimilitudinem, hic poſthabita tum verborum, tum verbi nominis tractatione, aliquid de illorum deriuatione, ac varietate per ſingulas verborum coniugationes percurrentes attingere duximus. Atque vt a prima coniugatione ducatur exordium,

ordium, vnum nominum genus in voce actiua ab ipſius præſenti videtur deriuari, vt ܒܳܪܽܘܝܳܐ creator, ܩܳܪܽܘܝܳܐ lector. In voce vero paſſiua duo, alterum a præterito, vel fere præteriti habens ſignificationem, vt ܒܪܺܝܳܐ creatus, ܩܪܺܝܳܐ lectus. alterũ a præſenti, vt ܡܶܬܒܪܝܳܢܳܐ vt ita dicam creabilis, ܡܶܬܩܪܝܳܢܳܐ legibilis. Similiter, & in ſecunda coniugatione a prædictis temporibus, in voce quidem actiua a præſenti, vt ܚܳܛܽܘܦܳܐ direptor, ܣܳܝܽܘܡܳܐ poſitor, ܦܳܪܽܘܫܳܐ ſeparator, ܪܳܚܽܘܡܳܐ amator. In voce veró paſſiua, a præterito, vt ܚܛܺܝܦܳܐ direptus, ܣܺܝܡܳܐ poſitus, ܦܪܺܝܫܳܐ ſeparatus. ܪܚܺܝܡܳܐ amatus. item a præſenti ܡܶܬܚܰܛܦܳܢܳܐ vt ita dicam, direptibilis, ſeu direptus, ܡܶܬܣܰܝܡܳܢܳܐ poſitus, ܡܶܬܦܰܪܫܳܢܳܐ ſeparatus, ſeu ſeparabilis. ܡܶܬܪܰܚܡܳܢܳܐ amatus, ſeu amabilis. In tertia deinde coniugatione a præſenti fiunt in voce quidẽ actiua, vt ܡܰܡܣܠܳܢܳܐ contemptor, ܡܫܰܡܠܝܳܢܳܐ perfector, ܡܚܰܘܝܳܢܳܐ demonſtrator. In voce vero paſſiua, vt ܡܰܡܣܠܳܐ vel ܡܶܬܡܰܣܠܳܢܳܐ contẽptus ſeu contemptibilis. ܡܫܰܡܠܝܳܐ vel ܡܶܫܬܰܡܠܝܳܢܳܐ perfectus ſeu perfectibilis. ܡܚܰܘܝܳܐ vel ܡܶܬܚܰܘܝܳܢܳܐ demonſtratus, vel

demonſtrabilis. Item in quarta coniugatione a præſenti voce actiuæ formātur nomina, vt ܡܫܒܚܢܐ laudator, ܡܦܪܩܢܐ liberator, ܡܕܪܟܢܐ comprehenſor, ܡܬܪܝܡܢܐ elator,ſeu exaltator. Et ab aliis huius formæ nominibus in quibuſdam verbis alia nomina idem tamen ſignificantia proficiſci ſolent, vt a ܡܬܪܓܡܢܐ fit ܡܬܪܓܡܢܐ vel ܬܪܓܡܢܐ interpres,ſeu interpretās. a ܡܦܪܢܣܢܐ fit ܦܪܢܣܐ vel ܦܪܢܣܐ gubernator,ſeu gubernans. a ܡܫܘܬܦܢܐ fit ܫܘܬܦܐ vel ܫܘܬܦܐ particeps,ſeu participans. a ܡܫܚܠܦܢܐ fit ܫܚܠܦܐ vel ܫܚܠܦܐ mutans,ſeu varians. Et ſic in aliis,ſi quæ ſunt. In voce ſimiliter paſſiua non vno modo formātur. Quædam enim a præterito deduci videntur:& horum alia ܼ, verbi ſupra primam conſonantem retinent,vt ܡܬܩܢܐ correctus,emendatus. ܩܕܝܫܐ ſanctus. Alia non retinent,vt ܫܒܝܚܐ laudatus,vel laudabilis. ܦܠܝܓܐ variatus,ſeu varius. Quædam vero alia a præſenti verborum primæ ſpeciei,dupliciter dimanant. Dicitur enim ܡܫܒܚܢܐ vel ܡܫܬܒܚܢܐ laudabilis,ſeu laudatus. ܡܦܪܩܐ vel ܡܬܦܪܩܢܐ liberatus. ܡܟܪܙܐ vel ܡܬܟܪܙܢܐ prædicatus,&c. A præſenti vero verborum ſecundæ ſpeciei frequentius ſic, vt ܡܬܪܝܡܢܐ elatus. ܡܬܚܠܠܢܐ lauatus.

ܡܬ

ܡܬܟܪܝܢܐ contriſtatus. ܡܬܢܝܚܢܐ quietus, reconciliatus. Nonnumquam etiam in quibuſdam verbis ſic, vt ܡܫܝܓܐ ideſt lauatus. ܡܟܪܝܐ contriſtatus. ܡܢܝܚܐ quietus, placidus, ſedatus, & cæt. Denique in quinta coniugatione a præſenti in voce actiua deriuantur, vt verba ſecundi generis, cuiuſmodi ܐܟܘܠܐ comedens, ܐܡܘܪܐ dicens, ܝܠܘܕܐ genitor, ſeu pariens. ܝܕܘܥܐ ſciens. In voce vero paſſiua a præterito quidem verborum primæ ſpeciei nomina deducuntur, vt ܐܟܝܠܐ comeſtus. ܐܡܝܪܐ dictus. A præterito vero verborum ſecundæ ſpeciei, vt ܝܠܝܕܐ partus, ſeu genitus. ܝܕܝܥܐ ſcitus. A præſenti item vtriuſque ſpeciei in eadem voce paſſiua formantur nomina, vt ܡܬܐܟܠܢܐ comeſtibilis, vel comeſtus. ܡܬܐܡܪܢܐ dicibilis, ſeu dictus. ܡܬܝܠܕܢܐ naſcibilis, ſeu natus. ܡܬܝܕܥܢܐ ſcibilis, vel ſcitus, &c. Quæ quidem nomina præſentis Latine in voce præſertim paſſiua vix declarari poſſunt: apud Latinos enim a præſenti paſſiuo huiuſmodi nomina deriuari non ſolent. Vnde nos ea nunc per participia, nunc per nomina verbalia Latinorũ propter quamdam, quam cum illis habere videntur ſimilitudinem, explicauimus; & ita (prout locus interpretandus exiget) explicari poterunt, & hæc de his.

GEORGII AMIRAE SYRI EDENIENSIS E LIBANO.

GRAMMATICAE LINGVAE CHALDAICAE, SIVE SYRIACÆ

De reliquis orationis partibus, LIBER QVARTVS.

De ſupra verbum, ſeu aduerbio.

CAPVT I.

ADuerbium Syri appellant ܥܠܡܠܬܐ id eſt, ſupra uerbum. Sic autem appellatur quia ſupra uerba potiſſimum cadit, illisq. adhæret. vnde ita deſcribitur.

ܥܠܡܠܬܐ ܐܝܬܝܗ̇ ܡܢܬܐ ܗܝ ܕܥܠ

ܡ̈ܠܐ ܢܦܠܐ ܫܘܘܕܥܗܝܢ ܡܘܕܥܐ ܘܡܬܚܡܢܐ :

ideſt, Supra uerbum eſt uox, quæ cum ſupra uerba cadit ſignificationem eorum explicat, ac determinat. Supra uerbum autem eſt duplex ; ſimplex ſcilicet, & compoſitum . Simplex quidem cuiuſmodi, ܐܦܠܐ neque, ܐܢ ܕܝܢ ſi autem, ܐܝܟ ܡܐ ſicut

cut, ܐܝܟ ܐܢܐ quemadmodū, ܡܢ ܗܘ quis eſt, ܡܢ ܫܠܝ ſubito, ܡܢ ܪܝܫ a principio, ܡܢ ܡܬܘܡ vmquam. Compoſitum uero,ut ܡܢܘ, ܐܝܟܢܐ, ܐܝܟܡܐ, ܐܝܡܬܝ, ܐܝܠܐ, ܡܢܫܠܝ, ܡܢܪܝܫ, ܡܢܡܬܘܡ. Quodquidem in quibuſdam ut in præmiſſis eamdem cum ſimplici habet ſignificationem,& conſtructionem: in quibuſdam uero aliis non item, ut patet in his. ܗܝܕܝܢ tunc, ܐܟܚܕܐ ſimul,vna, ܡܚܕܐ ſtatim, ܐܝܟܘ vbi eſt, ܡܢܘ quid eſt, ܐܦܢ etiamſi, ܐܠܐ ſed, ܐܢܗܘ ſi. Quorum ſimplex vel aliud ſignificat, vel alio modo conſtruitur, vt ܗܝ ܕܝܢ ideſt,illa autem, ܐܝܟ ܚܕܐ vt vna,& ad fœmininum genus tantum refertur. At vero ܐܝܟܚܕܐ ſimul, ad vtrumq. Eodem etiam modo ſe habent ܡܢ ܚܕܐ ex vna, & ܡܚܕܐ ſubito, ſtatim. Similiter ܐܝܟܘܗܝ vbi eſt ille, ad maſculinum tantum genus pertinet,ſicut ܐܝܟܘܗ vbi eſt illa, ad fœmininum tantum. Et vtrumque locum petit,at vero ܐܝܟܘ interdum locum petit, & ad maſculinum genus refertur, vt ܐܝܟܘ ܐܚܘܟ vbi eſt frater tuus: interdum vero quærit cauſam, ſignificatq. quomodo, cur, &c. & ad vtrumque genus ſpectare poteſt,vt ܐܝܟܘ ܠܐ ܚܙܝܬܝܗܝ vt,quomodo,ſeu cur non vidiſti eum.

ſti cum. Præterea ܡܢܘ quis eſt, coniungitur fere cum nominibus: at vero ܡܢܐ quis eſt, ſeu quod eſt, uel quare, & cum nominibus, & cum verbis coniūgi poteſt, ſed de his infra. Poſtea ܐܦ ܐܢ etiam ſi, ſeparata quidem conditionem denotant: cōiuncta vero, vt ܐܦܢ fiunt copula quædam, quæ a Grammaticis Latinis dicitur aduerſatiua, Latine dicitur, etſi, etiamſi, quāquam, &c. Rurſus ܐܢ ܠܐ ſignificat, ſi non, ܐܠܐ vero, ſed. Item ܐܢ ܗܘ ſi ipſe, ܐܠܘ ܗܘ vero, ſi: & cum hoc ſignificat, fere ſemper poſt ſe ܕ poſtulat, vt ܐܠܘ ܗܘ ܕܢܝܩܪ ſi honorabit, & cæt. Quamquam quædam ex his, quæ hic enumerantur, non tā ſunt aduerbia, quam coniūctiones, vt ex iis, quæ infra dicturi ſumus, patebit. Aduerbiorum porro multa ac varia ſunt genera.

Quædam enim dicuntur ܐܬܪ̈ܢܝܐ localia, ut ܗܪܟܐ hic, ܡܢ ܬܡܢ illic, ܬܡܢ ibi, ܐܝܟ vbi, ܠܬܡܢ illuc, ܡܟܐ hinc, ܡܢ ܐܝܟܐ vnde, ܐܝܟܐ vbi? ܠܟܐ illuc, ܠܟ hic.

Quædam ܙܒܢ̈ܝܐ temporalia, vt ܗܫܐ nunc, ܡܚܕܐ nūc, mox, ܝܘܡܢܐ hodie, ܡܚܪ cras, ܐܬܡܠ heri, ܡܢ ܩܕܡ ܬܡܠ nudiuſtertius, ܟܕ cum, ܡܐ cum, ܐܡܬܝ quādo, ܗܫܐ ܕܝܢ nunc, itaque, ܥܕ dum, ܥܕ ܠܐ antequā, ܥܕܟܝܠ adhuc,

adhuc,hucuſque, ܠܘܩܕܡ primũ, ante, ܬܘܒ dein, ܒܬܪܟܢ deinde, ܐܚܪܐ poſtea, ܡܢܩܕܝܡ olim,nuper, iam.

Quædam ܡܬܪܓܪܓܢܝܬܐ optatiua,vt ܠܘܝ : ܐܠܘܗܝ vtinã.

Quædam ܩܪܘܝܬܐ vocatiua,ſeu vocantia,vt ܐܘ , ܗܐ , ܝܐ , ܐܘܝ , ܐܝܢ . o,heus .

Quædam ܫܐܠܢܝܬܐ interrogatiua,vt ܡܢ quis, vel quæ. ܡܢܘ quis eſt, ܡܢ quæ,vel qui, ܡܢܘ cur, ܐܝܢܐ quinam, ܐܝܢܝܐ quæ, ܐܝܟܢܐ quomodo, ܐܝܟ ſicut, ܡܢܐ quid, ܡܢܐ quod,vel quid, ܠܡܢܐ quare,ad quid, ܡܛܠܡܢܐ propter quid, cur.

Quædã ܡܣܝܡܢܝܬܐ poſitiua,ſeu affirm. vt ܐܦ etiã, ܗܟܢܐ ita.

Quædam ܡܫܪܪܢܝܬܐ confirmatiua, vt ܐܡܝܢ amen, ܫܪܝܪ profecto,ſane,firme,verumtamen, ܫܪܝܪܐܝܬ vere.

Quædam ܡܥܒܪܢܝܬܐ tollentia, ſeu negatiua,vt ܠܐ non, ܠܘ haud, ܠܝܬ & ܠܐ ܗܘܐ non eſt.

Quædam ܦܘܫ. ܓܡܐ quaſi dubitantia, ſeu dubitationis ſignificatiua,vt ܕܠܡܐ forſitã, ܟܒܪ fortaſſis, ܐܢܘ forſan,

ܦܶܢ ne forte, ܕܝܢ, ܕܰܠܡܳܐ, ܠܡܳܐ an, & cæt.

Quædam ܡܚܰܘܝܳܢܳܐ demonſtratiua, vt ܗܳܐ en, ecce.

Quædã ܕܟܘܠܳܝܳܐ prohibitionis, vt ܕܰܠܡܳܐ, ܕܠܳܐ vt ne, ne forte.

Quædam ܡܟܰܢܫܳܢܳܐ cõgregatiua, ſeu collectiua, vt ܐܟܚܕܳܐ ſimul, vna, ܐܟܘܳܬ æque, ܫܘܳܝܳܐܝܬ pariter.

Quædã ܡܕܰܡܝܳܢܳܐ aſſimilatiua, vt ܐܰܝܟ vt, quaſi, ܐܰܝܟܢܳܐ ſicut, tamquam, ܐܰܝܟܢܳܐ, ܐܰܝܟ ܕ quemadmodum, ܐܰܝܟܘܳܬ ſicuti.

Quædam ܡܦܰܫܩܳܢܳܐ interpretatiua, vt ܟܺܝܬ nimirum, ܟܺܝܬ ſcilicet, ܗܘ ܕܝܢ videlicet, ܕܐܡܝܪ, ܗܘܝܢ, ܗܳܢܘ ideſt,

Quædam ܕܬܢܳܝܳܐ conditionis, ſeu pacti, vt ܐܶܢ, ܐܶܠܘ ſi, ܐܶܠܳܐ ܐܶܢ ܠܳܐ niſi.

Quædam ܕܡܣܰܪܗܒܘܬܳܐ velocitatis, vt ܒܥܶܓܠ, ܥܶܓܠ cito, ܥܓܺܝܠ, ܥܓܺܝܠ, ܥܓܺܝܠܳܐܝܬ velociter, ܡܶܚܕܳܐ ſubito, ſtatim, ܡܶܢ ܫܶܠܝ repente, ܪܗܺܝܛܳܐܝܬ curſim.

Quædam ܕܐܰܝܟܢܳܝܘܬܳܐ qualitatis, vt ܚܰܟܺܝܡܳܐܝܬ ſapienter, ܫܰܦܺܝܪܳܐܝܬ bene, ܕܰܟܝܳܐܝܬ pure, ܩܰܕܺܝܫܳܐܝܬ ſancte.

Quæ-

Quædam ܕܟܡܝܘܬܐ quantitatis, vt ܣܦܩܐܝܬ abunde, ſatis, ܙܥܘܪܐܝܬ paululum, minute, ܪܘܪܒܐܝܬ magnopere.

Quædam ܕܦܘܚܡܐ comparationis, vt ܝܬܝܪ، ܛܒ، ܝܬܝܪ، ܒܨܝܪ magis, plus, ܒܨܝܪܐܝܬ minus.

Quædam ܕܛܘܟܣܐ ordinis, vt ܩܕܡܐܝܬ primum, ܬܢܝܢܘܬ ſecundo, ܬܠܝܬܐܝܬ tertio, ܪܒܝܥܐܝܬ quarto.

Quædam ܕܐܘܡܬܐ gentis, vt ܟܠܕܐܝܬ Chaldaice, ܣܘܪܝܐܝܬ Syriace, ܥܒܪܐܝܬ Hebraice, ܥܪܒܐܝܬ Arabice, ܝܘܢܐܝܬ Græce, ܪܗܘܡܐܝܬ Latine. Sunt & alia aduerbiorũ genera, quorum ſingula hic enumerare lõgum eſt, ac ſuperfluũ.

De quorumdam ex propoſitis aduerbijs ſignificatione, & conſtructione.

CAPVT II.

Quoniam nonnullorum aduerbiorum ex prædictis ſignificatio, & conſtructio aliquantulum varia eſt; ab re non erit, quid circa illa notandum ſit, indicare. Nota igitur primo ܐܠܘܦܝ idest, vtinam, fere ſemper poſt ſe habere coniunctionẽ ܕ vt illud ad Gal. 3. ܐܠܘܦܝ ܕܝܢ ܐܝܩܐ Et vtinam fruſtra. Secundo ܐܦ, licet proprie ſit aduerbiũ affir-

 man-

mandi, vt illud Euang. ܐܝܢ ܐܝܢ ſic ſic, ܠܐ ܠܐ non non. Aliquã-do tamen vſurpari ad inuocandum, vt illud eloquentiſſimi Aphræm ܐܘ ܐܪܥܐ ܠܡܢܐ ܟܡܝܪܐ ܐܢܬܝ ܠܟܝ O terra, quid ſeu cur mæſta es tibi? Tertio ܡܢ cum ܵ ſupra ܡ, cum vocibus vtriuſque generis, & numeri coniungi, & reſpondere nomini interrogatiuo Latinorum, quis, quæ; & ferę ad perſonam dumtaxat refertur, vt ܡܢ ܐܢܬ ܡܪܝ quis es Domine, & cæt. Cum vero eſt compoſitum, vt ܡܢܘ cum vocibus dumtaxat gen. maſc. num. ſingularis; vt ܡܢܘ ܓܒܪܐ quis eſt vir? Interdum eo non fit interrogatio, vt illud Matth. 23. ܡܢ ܕܝܢ ܕܢܪܝܡ ܢܦܫܗ ܢܬܡܟܟ, qui enim exaltabit ſeipſum, humiliabitur, &c. Quarto ܡܢܐ ſimiliter & cum vocibus vtriuſque generis, & numeri connecti; ſed fere ad res dumtaxat referri, & ſignificare, quinam, quænam, quodnam, vt ܡܢܐ ܫܘܬܦܘܬܐ quæ communicatio? & vt illud Marci 1. ܡܢܐ ܗܝ ܗܕܐ ܘܡܢܐ ܗܝ ܡܠܦܢܘܬܐ ܚܕܬܐ. Quæ eſt hæc (ſeu vt Latini, quid eſt hoc) & quænam eſt hæc doctrina noua? Interdum ponitur abſolute, & ſignificat, quid, ſeu cur? vt illud Lucę 24. ܡܢܐ ܡܬܬܙܝܥܝܢ ܐܢܬܘܢ. Quid, ſeu cur cõmouemini, &c. Hinc deinde ܠܡܢܐ ad quid; ſeu quare? ܡܛܠ ܡܢܐ propter quid, ſeu cur. Hinc etiam

ܡܢ

ܡܢ quod idem ſignificat, eodemq. modo conſtruitur, vt ܡܢ ܫܡܟ quodnam eſt nomẽ tuum? & interdum vſurpatur ſine interrogatione, vt ad Gal. 2. ܡܢ ܕܝܢ ܐܝܠܝܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܠܐ ܕܨܐܒܐ ܠܝ Qui autem, ſeu quales ſint, nõ refert mea, ſeu non eſt curę mihi. Hinc præterea eſt ܡܢܘ, quod ſignificat primo quinam eſt, ſeu quod eſt, refertur q. ad maſculinum genus, vt ܡܢܘ ܫܡܟ quodnam eſt nomen tuum? Secundo ponitur abſolute, ſignificatq. Latine, quid, vt Marci 12.: ܡܢܘ ܗܟܝܠ ܢܥܒܕ: quid ergo faciet? interdum ſignificat cur? quare? vt Marci 2: ܡܢܘ ܕܥܡ ܡܟܣܐ ܘܚܛܝܐ ܐܟܠ ܘܫܬܐ: cur, ſeu quare cũ publicanis & peccatoribus manducat, & bibit? Huc reuocantur etiam ܡܢܘܢ vel ܠܡܢܘܢ ideſt, quid, vel cur? Quinto ܡܐ varia ſignificare, primum enim ſignificat id, ſeu rem, vt Act. 17. ܘܟܠܡܕܡ ܕܐܝܬ ܒܗ & omne id, quod eſt in eo. Deinde ſignificat particulam interrogatiuam, quid? vt Marci 1. ܡܐ ܠܢ ܘܠܟ quid nobis, & tibi. Rurſus particulam temporis, cũ, & tunc euphoniæ cauſa poſt ſe ܕ petere ſolet, vt Matt. 24. ܡܐ ܕܚܙܝܬܘܢ ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ cum videritis hæc omnia. Demum ſeruit variis animi affectibus, vt admirationi, comiſſerationi & cæt. ſicut particula, quam, apud Latinos. vt Pſalm. 8. ܡܐ ܡܫܒܚ ܫܡܟ quam laudabile nomen tuum. Sexto, pari ratione ܐܝܟܢܐ varia ſignificare, varieq. conſtrui. Primo

Primo ſignificat Latine, quomodo? vt Lucæ 1. & cap. x. epiſt. Ioan. Secundo ſeruit comparationi, & tunc ſignificat, vt, ſicut, quemadmodum, & poſt ſe ܕ habere ſolet; ſicut etiam habet cum ſignificat (ita vt) vt conſtat ex Ioan. 12. & Marci 2. Septimo ܒܪܡ licet multa ſignificare poſſit, præcipue tamen ſignificare, verumtamen, tamen, & ſubſequi fere ſolet particulam ܐܢ & ſi, etiam ſi, &c. Octauo, hoc aduerbium ܠܐܗܘܐ, quamuis ex ܠܐ & ܗܘܐ quieſcente, ac latente ܗ in præterito, id eſt, fuit, confletur: & (non fuit) proprie ſignificet: ſæpe tamen numero ſimpliciter pro (non) vſurpari, vt Ioan. c. 10. & 12. Interdum etiam ſignificare videtur (non eſt) præteritum enim ſumitur forte pro præſenti vt alibi dictum eſt, vt Ioan. 11.

. ܗܢܐ ܟܘܪܗܢܐ ܠܐ ܗܘܐ ܕܡܘܬܐ, Hic morbus non eſt ad mortem vidníem patet, ex cap. 18. & tunc præteritum prædictum genere, & numero, & perſona, cum eo nomine, cuius eſt, conſentit. Hinc eſt ܠܐ quod ſimpliciter (non) ſignificat. Idem ſignificat ܠܝܬ quod, ex ܠܐ & ܐܝܬ ideſt, non eſt, vel non ſunt compactum eſſe videtur. vt Ioa. 8. ܡܛܠ ܕܫܪܪܐ ܠܝܬ ܒܗ. Quoniam veritas non eſt in eo. Sæpe ſuſcipit affixa, ſed more nominum pluralium, vt ܠܝܬܘܗܝ non eſt ille, ܠܝܬܝܗܘܢ non ſunt illi, ܠܝܬܝܗ non eſt illa, ܠܝܬܝܗܝܢ non ſunt illæ. cum ܬ ſemper aſpero, quamuis verbum, ſeu potius vox ܐܝܬ ſemper cum ܬ molli legatur. Cuius quidem vocis in tertio libro non fecimus mentionem, quia nihil fere ſaltem quoad vocem

cem, cum verbis habet commune. Vnde potius aduerbium quoddam, quam verbum eſſe videtur. Eſt enim vox quædam indeclinabilis ſine affixis vtriuſque generis, & numeri: ſignificatq. eſt, vel ſunt. Cum vero affixis erit illius generis, ac numeri, cuius erunt affixa, quæ more nominum pluralium ſuſcipit, vt ܐܝܬܝ ſum ego, cō.g. ܐܝܬܝܟ es tu, maſc. gen. ܐܝܬܘܗܝ eſt ille, ܐܝܬܝܢ ſumus nos, com.gen. ܐܝܬܝܟܘܢ eſtis vos, maſ. gener. ܐܝܬܝܗܘܢ ſunt illi, ܐܝܬܝܟܝ es tu, fœmin. gener. ܐܝܬܝܗ eſt illa, ܐܝܬܝܟܝܢ eſtis vos, fœm. gen. ſemper cum ܠ molli. Nono ܟܒܪ & ܠܡ ſignificare, forte, forſan, fortaſſis, vt patet ex Lucæ xx. actorum 12. ad Rom. 5. & 11. Decimo ܐܢ ſignificare (an) & interrogationi deſeruire. Similiter ܟܒܪ ideſt, forte, ne? licet vocibus ſemper poſtponatur, interrogationi tamen deſeruit, non quidem per ſe, ſed fere cum poſtponitur alicui particulæ interrogatiuæ, vt ܡܢܘ ܟܒܪ quis forte, & cæt. vt cōſtat ex Mat. 9. & 18. Vndecimo ܠܡܐ, ܕܠܡܐ, ܕܠܡ id-eſt, an, numquid? vt Pſalm. iuxta Syros 94. iuxta Lat. 93. 1. ad Corinth. 1. & ad Gal. 2. ܕܠܡܐ præterea, interdū ponitur pro (vt forte) vt ad Rom. 11. Interdum vero, ne, ſeu ne forte, vt ibidem habetur. Idem quoque aliquando ſignificat ܠܡܐ vt Marci 1. ܚܙܝ ܠܡܐ ܠܐܢܫ ܡܕܡ ܬܐܡܪ, vide ne cuiquam dicas. Simili modo ſe habet ܕܠܡ: interdum enim ſignificat, vt forte

forte, verbi gratia ܨܘܡܘ ܘܐܬܡܟܟܘ ܕܝܠܡܐ ܬܬܕܟܘܢ ieiunate,& humiliamini, vt forte mundemini. Interdum hanc particulam ſequitur ܠܐ vt ܘܐܦܩܗ ܩܕܡܝܬ ܡܢ ܦܪܕܝܣܐ ܕܝܠܡܐ ܠܐ ܢܐܪܬ. Expulſit eũ prius a paradiſo, vt forte ne hæreditet. Interdum ponitur abſolute, & ſignificat etiam ne, vt ܗܢܐ ܢܕܚܠ ܕܝܠܡܐ ܗܘ ܢܬܩܛܠ: Hic timebit, ne illē occidatur. Duodecimo ܟܝܬ interdum ſignificare, videlicet, ſcilicet, & vbi adhibetur ܓܝܪ ; adhiberi poſſe: non tamen contra. Interdum elegantiæ cauſa in oratione collocari. Decimotertio, ܢܐ, ܢܝ, vtroque enim modo ſcribitur ab aűctoribus, id eſt, ܗܟܝܠ, ſolere vſurpari ſolum fere ob elegantiam, & per modum imperandi cũ prima,& ſecunda perſona, vt ܐܩܘܡ ܢܐ ſurgam, ܩܪܘܒ ܢܝ accede mihi. Vnde, vbi ponitur ܢܐ poni poteſt ܗܟܝܠ, non tamen contra. Decimo quarto, ܡܢ id eſt (ex) aliquando poni per modum comparationis, ſignificareq. plus, vel magis, vt illud Iob. ܐܬܒܨܪܘ ܡܢ ܐܢܫܐ Diminuti ſunt pluſquam homines, ſeu plus hominibus. Obſerua præterea aduerbia a nominibus adiectiuis numeri ſingularis, maſcu. gen. ſolita eſſe proficiſci addita ad eorum finem particula ܐܝܬ cum ܐ & ܐ molli, vt a ܚܦܝܛܐ diligens, ſtudioſus, fit ܚܦܝܛܐܝܬ

ܡܚܦܛܐܝܬ diligenter,ſtudioſe,a ܫܪܝܪܐ verus,fit ܫܪܝܪܐܝܬ vere,&c. Illud tamen eſt animaduertendum a nominibus deriuatiuis,& numeralibus,quorum penultima eſt ܝ cum ܳ, quia habent antepenultimam etiam cum ܳ ; cum ab illis aduerbia formantur,ne ſermonis ornatus,& pronũciationis lædatur ſuauitas, prædictam ipſorum penultimam, nimirum ܝ cum ܳ, remoueri,vt ab ܐܠܗܝܐ ideſt,diuinus,fit ܐܠܗܐܝܬ diuinitus: a ܐ̱ܢܫܝܐ humanus, ܐ̱ܢܫܐܝܬ humanitus,a ܩܕܡܝܐ primus ܩܕܡܐܝܬ primum,&c. Ab illis vero nominibus, quorum antepenultima eſt quieſcens,penultimam non auferri,vt a ܕܟܝܐ purus,fit ܕܟܝܐܝܬ pure,a ܡܫܡܠܝܐ perfectus, ܡܫܡܠܝܐܝܬ perfecte,& cæt.

De præpoſitione.

CAP. III.

Præpoſitio, quæ a noſtris ܩܘܕܡ ܣܝܡܐ ideſt,anteceſſio poſitionis,nuncupatur,ſic deſcribitur.

ܩܘܕܡ ܣܝܡܐ ܐܝܬܘܗܝ ܒܪܬ ܩܠܐ ܕܩܕܡ ܫܡܗܐ
ܘܚܠܦ ܫܡܗܐ ܡܬܬܣܝܡܐ.

ideſt, Anteceſſio poſitionis eſt vox,quæ ante nomina,ac pronomina ponitur. Propoſitionum autem quædam affixa ſortiuntur. Quædam vero non item. Eorũm quæ ſortiuntur,quædã ea ſortiũtur more nominum ſingularis numeri, cuiuſmodi ſunt

ܡܢ ex,a, ܥܡ cum, ܠܘܬ apud,ad, ܒܬܪ , ܒܣܬܪ poſt ܠܘܩܒܠ contra, ܒܝܢܬ inter, ܠܦܘܬ iuxta, ſecundum. Vt ܒܬܪܝ poſt me, ܒܬܪܟ poſt te,maſc.gen. ܒܬܪܗ poſt eum, ܒܬܪܢ poſt nos, ܒܬܪܟܘܢ poſt vos, maſcul. gener. ܒܬܪܗܘܢ poſt eos, ܒܬܪܟܝ poſt te,fœmin.gen. ܒܬܪܗ poſt eam, ܒܬܪܟܝܢ poſt vos, fœmin. gen. ܒܬܪܗܝܢ poſt eas. Et ita dicitur ܒܣܬܪܝ poſt me, ܒܣܬܪܟ poſt te. ܠܘܩܒܠܝ contra me, ܠܘܩܒܠܟ contra te, &c. Vbi aduertendum eſt in præpoſitione ܠܘܩܒܠ cum affixis primæ pluralis numeri,& ſecundæ, & tertiæ vtriuſque generis, & numeri, elementum ܘ poſtponi elemento ܒ .

Quædam vero more nominum numeri pluralis cuiuſmodi, ܩܕܡ ante. ܡܛܠ pro, propter, ܥܠ ſupra, ܓܒ apud, ܚܕܪ circa, ܩܘܕܡ coram, ܕܠܐ ſine. ܠܬܚܬ infra, ſub. Vt ܩܕܡܝ ante me,comm.gen. ܩܕܡܝܟ ante te,maſc.gene. ܩܕܡܘܗܝ ante eum, ܩܕܡܝܢ ante nos.cõm.gẽ. ܩܕܡܝܟܘܢ ante vos,maſc. gen. ܩܕܡܝܗܘܢ ante eos, ܩܕܡܝܟܝ ante te, fœmin. gen. ܩܕܡܝܗ ante eam, ܩܕܡܝܟܝܢ ante vos,fœmin. gen.

gen. ܩܕܡܝܗܝܢ ante eas. Et ſic cæteræ præpoſitiones. Illud tamen aduertendum eſt, propoſitionem ܥܠ cum affixis proprium ܲ, quod eſt ſupra primam conſonantem, ſcilicet ܥ, amittere, illumq. quieſcentem habere: dicitur enim ܥܠܝ ſupra me, ܥܠܝܟ ſupra te, & cætera.

Obſeruandum pręterea eſt primo, præpoſitiones, quæ affixa recipere poſſunt, licet aliquando pronomini tertiæ perſonæ vtriuſque generis, & numeri, ſeparatæ præponantur, cuiuſmodi ܠܘܬ ܗܘ apud eum, ܠܘܬ ܗܝ apud eam, &c. primæ tamen & ſecundæ perſonæ fere non niſi coniunctas præponi. Neque enim in cõmuni modo loquendi quis recte dicere poteſt ܡܢ ܐܢܐ ex me, ܡܢ ܐܢܬ ex te, ܐܝܟ ܐܢܐ ſicut ego, ܐܝܟ ܐܢܬ ſicut tu, &c. Quamuis metri neceſſitate, interdum poetæ dicere cogãtur, vt illud Magni Aphræm.

Sicut ego quis eſt medicus	ܐܝܟ ܐܢܐ ܡܢܘ ܐܣܝܐ
Corpori, quod malus cõterit ipſum.	ܠܓܘܫܡܐ ܕܒܝܫܐ ܡܫܦ ܠܗ

Secundo, eſſe quaſdam præpoſitiones, quæ ſemper cum affixis reperiuntur, vt ܡܛܠܬܝ propter me, ܡܛܠܬܟ propter te, quæ præpoſitio, vt nomina ſing. nũ. ſuſcipit: & vt ܒܝܢܝ inter me; ܒܝܢܝܟ inter te, &c. quæ vt nomina plur. num. prædicta affixa poſtulat.

Præpoſitiones autem, quæ affixa non ſortiuntur, ſunt cuiuſ-

 modi

modi, ܣܛܪ præter, ܠܒܪ extra, ܠܬܚܬ infra, ܠܥܠ ſupra, ܠܓܘ intra, ܥܕܡܐ vſque, ܒܓܘ in.

De ſignificatione, & conſtructione quarumdam præpoſitionum.

CAP. IV.

NOtandum eſt primo, nonnullas præpoſitiones interdum idem ſignificare, diuerſo tamen modo conſtrui. Hæ enim tres ܬܚܬ cum ܝ ſupra ܬ quod habet in principio, & cũ ܬ, quod habet in fine, quieſcenti, ac duro. ܬܚܝܬ cũ ܬ quod habet in principio, & ܝ in medio quieſcenti, & ȧ ſupra ܚܝ, & ܬ quod habet in fine, molli. ܬܚܘܬ cum primo ܬ quieſcenti, & ſecundo molli, & cum ܘ & ܘ ſ omnes ſub, ſeu infra ſignificant: ſed diuerſo modo conſtruuntur. Nam prima, vel abſolute ponitur, vel cum affixis more nominum pluralis numeri coniungitur, vt ܬܚܬܝ infra me, &c. Secunda præponitur nominibus, & cum affixis non connectitur. Tertia & nomina antecedit, & affixa more nominum pluralis numeri ſuſcipit: vt ܬܚܘܬܝ infra me, &c. Secundo ܓܒ & ܠܘܬ licet idem ſignificare videantur, ſcilicet (ad, vel apud) aliquantulum tamen differunt. Nam ܓܒ proprie vſurpatur, cum ſermo eſt de re illa, quæ, & domini eſt, & apud eum eſt. At vero ܠܘܬ de illa, quæ domini eſt, quamuis apud eum nõ ſit. Vnde latius pater,

tet,quã ܩܕܡ. Verũ aliquãdo inter ſe cõfundũtur. Propoſitioni autem ܩܕܡ ſimilis eſt ܠܘܬ ideſt,apud,prope. Similiter ܒܬܪ & ܒܣܬܪ licet idem ſignificent ſcilicet, poſt: proprie tamen ܒܬܪ ad tempus, ܒܣܬܪ vero ad perſonam referri videtur: quamuis ſæpe etiam inter ſe confundantur. Tertio duas eſſe conſonantes ܒ videlicet,& ܠ, quæ ſæpe variarum præpoſitionum funguntur munere. ܒ enim proprie,cum eſt præpoſitio, ſignificat (in) prout aliquid fieri in loco deſignat, vt ܒܗܝܟܠܐ in templo. Interdum ſignificat (per) vt ܒܡܪܢ per dominum noſtrum, & cum iuratur,vt ܒܐܠܗܐ per Deum: Matth.26. Interdum (cum) vt ibidem ܒܣܝܦܐ ܘܒܚܘܛܪܐ Cum gladijs, & fuſtibus. Interdum (inter) vt illud Lucæ, 1. ܒܪܝܟܬܐ ܒܢܫܐ Benedicta tu in mulieribus, i. inter mulieres. Interdum ante,ſeu corã, vt Act. 9. ܢܛܥܘܢ ܫܡܝ ܒܥܡܡܐ portabit nomen meum coram populis, &c. quamuis fortaſſis hic etiam ſignificare poſſit (inter) ita vt dicatur inter populos. Interdum (a,ex,) vt ܠܐ ܬܬܗܡܐ ܡܪܝܐ ܒܒܪܝܬܟ ne negligas,ſeu ne auertaris Domine in creatura tua,ideſt a creatura tua. Præterea recipit affixa ſic ܒܝ in me, ܒܟ in te,maſc.gener. ܒܗ in eo, ܒܢ in nobis, ܒܟܘܢ in vobis,maſc. gener. ܒܗܘܢ in illis,

in illis, maſc. gen. ܒܟܝ in te, fœmin. gen. ܒܗ in ea; ܒܟܝܢ in vobis, fœm. gen. ܒܗܝܢ in illis, fœm. gen. Porro ܠ præter quam quod Datiui, vel Accuſatiui caſum (vt in ſecundo lib. cap. 17. dictum eſt, vbi etiam quomodo affixa recipiat explicauimus) indicat: cum eſt præpoſitio proprie ſignificat (ad) vt ܡܣܩ ܠܟܘܪܣܝܗ facit aſcendere ad thronum. Aliquando ſignificat (cum) vt Gen. 2. ܘܗܘܐ ܐܕܡ ܠܢܦܫܐ ܚܝܬܐ Et factus eſt homo, ſeu Adam in animam vitæ, ideſt cum anima vitæ. Aliquando (in) vt Pſalm. 73. iuxta Syros, 72. iuxta Latinos. ܘܗܘܝܬ ܠܡܚܘܬܐ ܟܠܗ ܝܘܡܐ Et fui ad verberationem (ideſt in verberatione) tota die. Aliquando habet vim aduerbij (ſicut) vt Lucæ 3. ܘܢܗܘܐ ܥܪܡܐ ܠܡܫܝܢܐ: ܘܐܬܪܐ ܥܣܩܐ ܠܦܩܥܬܐ Et erit aſpretum in mundum, & locus difficilis in planitiem, ideſt, ſicut aſpretum mundum, & ſicut planities. Aliquando (propter) vt Pſalm. 134. ܒܪܩܐ ܠܡܛܪܐ ܥܒܕ fulgura in pluuiā (ideſt, propter pluuiam) fecit. Aliquando (ex) vt Lucæ 15. ܒܟܦܢܐ ܐܒܕ ܐܢܐ ideſt, ex fame pereo. Aliquando ſpatium ac plenitudinem temporis indicat, declaraturq. per præpoſitiones (poſt, vel ad) vt Marci 2. ܠܒܬܪ ܝܘܡܬܐ poſt dies, & Matth. 20. ܘܠܝܘܡܐ ܕܬܠܬܐ ܢܩܘܡ & ad diem trium, ideſt, tertiū, ſurget. Idem habetur Ioan. 2. Quarto, vt apud Latinos, ſic apud Syros præpoſitiones nonnumquam aliis præpoſitionibus præponi. Quædam enim fere tantum præponuntur, vt ܥܕܡܐ vſque, quæ cum eſt præpoſitio poſt ſe petit ܠ ideſt, (ad, vel in) vt

vt ܥܕܡܐ ܠܥܠܡ vſque in ſæculum. Cum vero eſt aduerbiũ, ſignificat, donec, & tũc poſt ſe ܕ habere ſolet, vt ܥܕܡܐ ܕܐܣܝܡ donec ponam. Et ܣܛܪ præter, petit, ܡܢ vt ܣܛܪ ܡܢܟ Latine, præter te. Quædam præponuntur quibuſdam præpoſitionibus, & poſtponuntur, cuiuſmodi eſt ܡܢ, vt ܡܢ ܠܥܠ deſuper, ܡܢ ܠܬܚܬ infra, ܡܢ ܠܓܘ intus, ܡܢ ܠܒܪ foris. Et hoc modo iſtæ præpoſitiones ſe habent vt aduerbia, nullumq. nomen poſt ſe admittunt. Cum vero ܡܢ illis poſtponitur, ſe habent vt præpoſitiones, & poſt ܡܢ fere ſemper aliquod nomen, vel pronomen poſtulant, vt ܠܥܠ ܡܢ ܫܡܝܐ ſupra cælum, ܠܬܚܬ ܡܢܟ infra te. Rurſus ܡܢ quibuſdam præpoſitionibus aliquando præponitur, & ipſis poſtponi fere non aſſolet, cuiuſmodi ܡܢ ܠܘܬܝ : ܡܢ ܓܒܝ ex apud me, ſeu a me, ܡܢ ܒܬܪܝ, ܡܢ ܒܬܪܝ ex poſt me, ܡܢ ܩܕܡܝ ex ante me, ܡܢ ܒܝܢܝ ex inter me, ܡܢ ܚܕܪܝ ex circa me, ܡܢ ܠܬܚܬܝ ex infra me, ܡܢ ܠܒܪ ܡܢܝ ex ſine, vel præter me, ܡܢ ܠܘܩܒܠܝ ex contra me. Quibuſdam ex præmiſſis præpoſitionibus præponitur ܠ vel fere ſemper, cuiuſmodi ܠܥܠ

ſupra,

ſupra, ܠܬܚܬ infra, ܠܒܪ foris, ܠܓܘ intus, vel aliquādo, vt ܠܡܥܠ, ܠܒܬܪ ad poſt, ܠܚܕܪ ad circa, ܠܩܕܡ ad ante, ܠܬܚܬ ad infra. Nonnullis vero aliis poſtponitur, intercedente coniunctione, ܘ, ideſt, &, vt videre eſt poſt has duas prępoſitiones ܒܝܢܬ, ܒܝܬ ideſt, inter, vt Matth. 18. ܒܝܢܝܟ ܘܠܗ inter te, & eum, & 20. ܒܝܢܬܗܘܢ ܘܠܗܘܢ inter ſe, & eos, & cætera.

De interiectione.

CAP. V.

INteriectio, quæ ܡܢܬ ܣܝܡܐ ܡܫܬܡܗܐ ideſt, medietas poſitionis nominatur, ſic deſcribitur, ܡܢܬ ܣܝܡܐ ܡܫܬܡܗܐ ܐܝܬܝܗ ܗܝ ܕܚܫܐ ܡܫܚܠܦܐ ܕܢܦܫܐ ܡܫܘܕܥܐ: ideſt, Medietas poſitionis eſt, quæ paſſiones diuerſas animi ſignificat. Hinc fit etiam vt ܡܫܘܕܥ ܚܫܐ ideſt, ſignificans paſſiones nuncupetur. Huius autem varię ſunt formæ, ac ſignificationes.

Gaudentis, ac laudantis, vt ܐܘܚ euax, euge.

Mœrentis, ac dolentis, vt ܘܝ, ܘܝ, ܐܘܝ, ܐܘܗ, ܘܝܗ ܘܝܗ, heu, hei, ah, ò, væ, proh.

Admirantis, vt ܐܘ o.

Irri-

Irridentis, vt ܐܗ ، ܐܗ euge, euge.

Contemnentis, vt ܠܟ ܦܘܩ.

Increpantis, vt ܘܝ ܘܝ

Aduertendum hic eſt, nonnullas ex his interiectionibus peculiari quodammodo conſtrui. Primo enim ܘܝ & ܐܘܝ ſæpe poſt ſe ܠ poſtulant, vt ܘܝ ܠܓܒܪܐ væ viro. Secundo, ܐܘܗ interdum poſtulat ܠ vt ܐܘܗ ܠܝܘܡܬܐ heu dies. Interdum ܥܠ, vt ܐܘܗ ܥܠ ܫܪܒܬܐ ܗܕܐ væ generationi huic. Interdum ܠ, vt ܐܘܗ ܠܫܘܦܪܐ ah pulchritudo. Tertio, iſtæ tres interiectiones ܗܘܝ, & ܐܗ & ܘܝ fere ſemper iteratæ in oratione collocantur. Quarto ܦܘܩ cum ܘ breui, quaſi ſemper poſt ſe præpoſitionem ܡܢ petit, vt ܦܘܩ ܡܢ ܚܫܐ eſt, ac ſi dicas, contemno paſſionem, ſeu nihili facio. Denique ſunt etiam multæ aliæ interiectiones, quæ varios animi exprimunt affectus, quarum vſus ac ſignificationes, aſſidua auctorum lectione comparari poſſunt.

De coniunctione.

CAP. VI.

Conjunctio Syriace proprie dicitur ܐܣܘܪܐ ideſt, ligamen

quamuis hoc nomine aduerbium,& interiectionem,nec nō præpoſitionem,ſæpe Grammatici præſertim,qui tres orationis partes in lingua noſtra eſſe putant, de quibus in lib. 2. cap. 1. comprehendere ſoleant. Deſcribitur autem ita,

ܐܣܘܪܐ ܐܝܬܘܗܝ ܘܫܘܬܦܘܬܐ ܐܝܕܐ ܕܐܣܪܐ ܘܡܛܟܣܐ ܡܡܠܠܐ .

ideſt,ligamen,ſeu coniunctio eſt,quæ locutionem ligat, & ordinat. Coniunctionum autē variæ ſunt ſpecies,ac ſignificationes.

Copulatiuæ,vt ܘ & ܐܦ etiam, ܬܘܒ quoque.

Diſiunctiuæ,vt ܐܘ vel,ſeu,aut.

Aduerſatiuæ,vt ܐܦܢ etiamſi,etſi.

Collectiuæ,ſiue illatiuæ,vt ܗܟܝܠ ergo,igitur, ܡܟܝܠ itaq. ܡܛܠܗܕܐ vel ܡܛܠ ܗܕܐ & ܥܠܗܕܐ vel ܥܠ ܗܕܐ id eſt, propterea,propter hoc,ideo,iccirco,& cæt.

Cauſales, vt ܡܛܠ vel ܕܠ quia, quoniam, ܟܝ nam, ܓܝܪ enim, ܕ quod.

Item coniunctiones,partim ſunt præpoſitiuæ, quæ videlicet in oratione præponuntur, vt ܐܘ aut, ܐܠܐ ſed, ܐܦܠܐ neque.

Partim ſubiunctiuæ, quæ videlicet ſubijciuntur, ſeu poſtponuntur,vt ܕܝܢ vel ܠܡ autem,vero, ܓܝܪ enim, ܗܘ vero, quidem,& cæt. Et hæ, & nonnullæ aliæ appellantur etiam expletiuæ,quia in oratione interdum vel elegantiæ cauſa;vel metri neceſſitate,licet nullum habeāt ſenſum,collocantur; eamq. quodammodo explent.

Partim denique ſunt communes,quæ videlicet præeunt,& ſubeunt,

beunt, vt ܡܟܝܠ ergo, ܗܟܝܠ itaque, ܐܦ etiam, ܘܐܦ atque, ܒܪܡ ſed, verum, verumtamen, & cæt.

Obſeruandum præterea eſt, primo litteram ܘ, quæ proprie eſt particula coniunctiua, reſponderq; particulæ Latinorum, (&) interdum ſupplere vicem litteræ ܕ, quatenus hæc fungitur munere relatiuorum, ſignificareq; qui, vel quæ, vt Lucæ 24.

ܐܙܠܝܢ ܗܘܘ ܠܩܪܝܬܐ ܕܫܡܗ ܥܡܐܘܣ . ܘܪܚܝܩܐ
ܡܢ ܐܘܪܫܠܡ ܐܣܛܘܕܝܢ ܫܬܝܢ .

ideſt, Ibant in caſtellum, cuius nomen Emaus, & diſtans erat a Ieruſalem ſtadia ſexaginta.

Deinde particulam ܐܘ, quæ proprie eſt diſiunctiua, eſſe interdum negatiuam, vt Matth. 11.

ܒܪܡ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܝ ܕܠܐܪܥܐ ܕܣܕܘܡ ܢܗܘܐ ܢܝܚ ܒܝܘܡܐ
ܕܕܝܢܐ ܐܘ ܠܟܝ .

Verum dico tibi, quod terræ Sodomæ erit quietius, ſeu ſedatius, tranquillius, vel mitius, in die iudicij, aut tibi, ideſt, non, ſeu quã tibi. Idem loquendi modus, tum ibidem paulo ante: tum etiam Lucæ 10. reperitur: in quibus locis ܐܘ ponitur, vel loco ܠܐ ideſt, (non) vt quibuſdam placet: vel certe loco ܡܢ ideſt (ex) quia comparatiuum apud nos præpoſitionem ܡܢ poſtulat. Præterea litteram ܕ varias habere ſignificationes, ac varijs fungi muneribus conſtat ex dictis in varijs locis. Primo enim Genitiui indicat caſum, vt dictum eſt lib. 2. cap. 8. Secundo relatiuorum fungitur munere, vt ibidem cap. 14. explicatum eſt. Tertio

idem Syris, quod Latinis particula (vt) quæ apud eos coniunctiuum poſtulat, deſignat: & futurum, interdum etiam præſens poſt ſe requirit, vt ܕܬܐܠܦ vt diſcas, ܕܢܗܘܐ ܢܝܚܐ vt ſit requies, apud Magnum Aphræm, in carmine de amore ſcientiæ. Et ita ſemper vſurpari poteſt loco modi infinitiui, Latineq. explicatur per (vt) vel (quod) vt apud eumdem.

ܠܐ ܡܨܐ ܕܢܗܘܐ ܡܨܠܚܐ Non eſt potēs, vt ſit proſper. & Matt. 5.

ܠܐ ܬܣܒܪܘܢ ܕܐܬܝܬ ܕܐܫܪܐ ܢܡܘܣܐ. Ne putetis, quod veni, vt ſoluam legem. Quarto reddit cauſam, & ita eſt coniunctio cauſalis, diciturque Latine, quia, quoniam, vel quod, vt apud Sanctum Aphræm ibidem.

Ne vmquā iures, & mentiaris ܠܐ ܬܐܡܐ ܘܬܕܓܠ ܐܦ ܠܐ ܚܕܐ

Quia Satana gaudet in hoc. ܕܣܛܢܐ ܚܕܐ ܒܗܕܐ܀

Quinto interdum geminata non minimum ſermoni affert leporem, vt eloquens Aphræm, in loco laudato.

Quoniam maius illa (ideſt, voluntate bona) in creatura. ܕܕܝܢ ܡܛܠ ܕܪܒܐ ܒܒܪܝܬܐ

Non eſt aliquid quod ſit præſtantius. ܠܐ ܐܝܬ ܡܕܡ ܕܡܝܬܪ ܡܢܗ܀

Similiter ſæpe non geminata quibuſdam vocibus euphoniæ cauſa poſtponitur, vt patet ex dictis, & ex hoc verſu S. Aphræm loco citato, ܐܡܬܝ ܕܣܓܝ ܐܘܠܨܢܐ Quando multiplicatur anguſtia, ſeu tribulatio. vbi ܕ poſt ܐܡܬܝ nihil ſignificat; Et ſolum, ne incompta, atque inconcinna videatur oratio, collocatur.

GEORGII AMIRAE
SYRI EDENIENSIS
E LIBANO.

GRAMMATICAE
LINGVAE CHALDAICAE,
SIVE SYRIACÆ
De ſyntaxi, ſeu conſtructione partium orationis.

LIBER QVINTVS.

Quid, & quotuplex ſit ſyntaxis.
CAPVT I.

HActenus de orationis partibus, verba fecimus. Nunc vero recta ratio, ſcribendiq. via poſtulare videtur, vt quæ de ipſarum conſtructione obſeruanda ſint, clare, ac breuiter explanemus. Syntaxis itaque, ſeu conſtructio nihil eſt aliud, quam recta orationis partium inter ſe compactio, coagmentatio, ſeu compoſitio. Vnde Syriace merito deſcribi poteſt.

ܪܘܟܒܐ ܐܘ ܡܬܩܢܢܘܬܐ ܬܪܝܨܬܐ ܕܡܢܘܬܐ ܕܡܡܠܠܐ :

Hoc eſt, Compoſitio, ſeu ordinatio recta partium orationis. Id autem, quod ex huiuſmodi partium compoſitione exiſtit, nunc ܡܪܟܒܐ idest, compoſitũ, nũc ܡܡܠܠܐ locutio, ſeu oratio, nunc

nunc demum ܡܡܠܠܐ ſermo, ſeu etiam oratio a Grammaticis communiter nuncupari ſolet. Eodemq. modo ab ipſis, quo a Logicis definitur, ſic.

ܡܡܠܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܩܠܐ ܡܫܘܕܥܢܐ ܗܘ ܕܡܢܘܬܐ ܡܢ ܡܢܘܬܗ ܡܫܘܕܥܢܐ ܐܝܬܝܗ ܟܕ ܡܬܦܪܫܐ܀

Hoc eſt, Oratio eſt vox ſignificatiua illius, cuius aliqua ex partibus eius ſignificatiua eſt, cum ſeparatur. Cuius definitionis ſenſus facile ex ijs, quæ in libro 2. c. 2. de nominis definitione dicta ſunt, colligi poteſt. Dicitur enim vox ſignificatiua, quia hoc eſt illi cum nomine, & verbo commune. Additur deinde, cuius aliqua ex partibus eius & cæt. vt a prædictis diſtinguatur. Nam horum partes ſeparatæ nihil per ſe ſignificant: contra vero orationis partes. Sed de his, & ſimilibus ſubtilius agere eſt dialectici, non Grammatici induere perſonam. Quare hæc nos hic, & alibi Syrorum præcipue, atque Arabum conſuetudine coacti attigimus, quorum eſt ſæpe res dialecticas cum Grammaticis cōmiſcere. Syntaxis præterea duplex eſſe poteſt, altera nominū, vel inter ſe, vel cum verbis, quibus in recto veluti agentia præponi ſolent. Altera verborum cum nominibus, quæ in obliquo veluti patientia poſt ſe admittunt. De vtraque breuiter eſt agendum.

De conſtructione nominum, vel inter ſe, vel cum verbis, quibus veluti agentia præponuntur.

CAPVT II.

NOtandum eſt primo, ſubſtantiua nomina cohærere cum adiectiuis, pronominibus, ac verbis nominum genere, numero, & caſu: Cum vero verbis genere, numero, ac perſona, vt Matt. 7. ܟܠ ܐܝܠܢܐ ܛܒܐ ܦܐܖ̈ܐ ܫܦܝܖ̈ܐ ܥܒܕ܀

Omnis arbor bona; fructus bonos facit, & c. Hic fortaſſis ab re non

non erit, ſi ſtudioſus admoneatur, ſubſtantiuum ſuo adiectiuo apud Syros, ſicut etiam apud Arabes, elegantius præponi, vt ex loco citato patet, quãuis apud Latinos elegantius poſtponatur.

Notandum eſt ſecundo, nomina copulata, quorum alterum eſt generis maſculini, alterum fœminini, cum maſculino genere tamquam nobiliori frequentius, quam cum fœminino conſentire, vt Pſalm. iuxta Syros 27. iuxta Latinos 26,

ܡܛܠ ܕܐܒܝ ܘܐܡܝ ܫܒܩܘܢܝ: ܘܡܪܝܐ ܢܩܒܠܢܝ.

Quoniã pater meus, & mater mea reliquerunt me, & Dominus collegit me. Et Mar. 3. ܘܐܬܘ ܐܡܗ ܘܐܚܘܗܝ ܩܡܝܢ ܠܒܪ.

Et venerunt mater eius, & fratres eius ſtantes foris. Cum fœm. autem interdum conſentiũt, præſertim, ſi eorum aliquod, quod fœminini eſt generis, ſit verbo vicinius, vt ad Rom. 8.

ܘܠܐ ܪܘܡܐ: ܘܠܐ ܥܘܡܩܐ: ܘܐܦܠܐ ܒܪܝܬܐ ܐܚܪܬܐ
ܬܫܟܚ ܠܡܦܪܫܘܬܢ ܡܢ ܚܘܒܗ ܕܐܠܗܐ.

Neque altitudo, neque profunditas, & neque creatura alia poterit ſeparare me a charitate ipſius Dei. Sciendum tamen eſt, interdum nomen gen. fœmin. nec non numeri ſingularis cũ verbo generis maſculini numeri pluralis, in ſacris litteris coniunctũ eſſe, reperiri, vt Matth. 6. ܚܘܪܘ ܒܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܕܠܐ

ܙܪܥܝܢ ܘܠܐ ܚܨܕܝܢ ܘܠܐ ܟܢܫܝܢ ܠܐܘܨܪܐ.

Aſpicite in volatile cœli, quod nec ſeminant, neque metunt, neque congregant in horrea. Et Lucæ 8. ܘܪܗܛܬ ܓܙܪܐ ܗܘ

ܟܠܗ ܠܫܩܝܦܐ ܘܢܦܠܬ ܒܝܡܬܐ ܘܐܬܚܢܩܘ.

Et directus eſt grex illu totus ad rup em, & ceciderunt in ſtagnũ, & ſuf-

& ſuffocati ſunt. In quibus locis ܦܪܚܬܐ volatile, & ܒܩܪܐ grex, cum ſint generis fœminini, numeriq. ſingularis, dictionibus generis maſculini, & numeri quoque pluralis adiunguntur. Sane in his, & ſimilibus loquendi modis, non tam vocum, quam ſignificationis, ac ſenſus videtur haberi ratio. Nam duæ prædictæ voces, & aliæ ſimiles, ſi vis vocis ſpectetur, ſunt quidem fœminini generis, numeriq. ſingularis: Si vero ſenſus conſideretur, ac ſignificatio, ſunt numeri pluralis, generiſq. ſæpe maſculini. Quo fit, vt cum vtroque genere, ac numero concordare poſſint. Quidquid quidam audax hæreticus effutiat, qui in prædictis loquendi modis ineſſe Grammaticæ errorem, arbitratur. Nam hoc ipſo, quo ſe Grammaticę oſtendere voluit peritum, oſtendit imperitiſſimum. Huiuſmodi enim loquendi formula, non ſolum apud Syros, ſed etiam apud alias gentes reperitur. Et ne in re tam clara, ac certa probanda, tempus conteratur, ſatis ſit apud Latinos illud Liuij Bel. Mace. 7. Pars in iuueniles luſus verſi, pars veſcentes ſub vmbra, quidam ſomno etiam ſtrati. Sed plura contra hunc alibi.

Notandum eſt tertio, nomina copulata, interdum ſingularem numerum ſibi vendicare, vt 1. Petri 1. ܛܝܒܘܬܐ ܘܫܠܡܐ ܢܣܓܐ ܠܘܬܟܘܢ: idest, Gratia, & pax multiplicetur apud vos. Frequentius vero pluralem, vt 1. ad Corinthios 15. ܒܣܪܐ ܘܕܡܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܠܡܐܪܬ ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ. Caro, & ſanguis, regnum cœli hæreditare non poſſunt. Similiter nomina collectiua, quæ nimirum numero ſingulari multitudinem ſignificant, ſæpenumero multitudinis gaudent. vt Matth. 27. ܘܥܢܘ ܟܠܗ ܥܡܐ ܘܐܡܪܝܢ ܕܡܗ ܥܠܝܢ ܘܥܠ ܒܢܝܢ. Et reſponderunt omnis populus, & dixerunt: ſanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Ita etiam Ioan. 5. Huc ſpectare poſſunt ea nomina, quæ vt lib. 2. cap. 5. obſeruatum eſt, nunc ſingulari,

lari,nunc plurali iunguntur numero. Quibus addi poteſt nomē ܚܝܐ ideſt,vita,quod cum ſit numeri pluralis,modo ſingularem modo pluralem ſibi annexum habet numerum, vt Ioan. 1.

ܒܗ ܚܝܐ ܗܘܐ ܆ ܘܚܝܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܢܘܗܪܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܆

In eo vita fuit,& vita eſt lux filiorum hominum.

Notandum eſt quarto,interdum apud Chaldæos tertiam perſonam pro ſecunda reperiri intercedente particula relatiua ܕ ideſt,qui,quæ,& cum ea conſentire, vt Matth. 23.

ܐܘܪܫܠܡ ܐܘܪܫܠܡ ܩܛܠܬ ܢܒܝܐ ܆ ܘܪܓܡܬ ܠܐܝܠܝܢ

ܕܫܠܝܚܝܢ ܠܘܬܗ ܟܡܐ ܙܒܢܝܢ ܨܒܝܬ ܕܐܟܢܫ ܒܢܝܟܝ.

Ieruſalem, Ieruſalem occidens prophetas, & lapidans eos, qui miſſi ſunt ad eam(ideſt,ad te) Quot vicibus, (ideſt,quoties) volui congregare filios tuos. Idem, et iiſdem fere verbis habetur, Lucæ 13. & ſimilis loquendi modus eſt etiam Lucæ 16. & apud S. Iacobum Syrum,& alios ſæpe.

Notandum eſt quinto,ea, quæ de relatiuis hic dicenda erant, partim in 2. partim in 4. libro dicta eſſe. Illud hoc loco ſatis erit admonere relatiua ſæpe eleganter, ſicut etiam verbum ſubſtantiuum,in oratione non poni,ſed neceſſario ſubintelligi,vt illud Marci 12. ܕܩܐܣܪ ܗܒܘ ܠܩܐܣܪ ܆ ܘܕܐܠܗܐ ܠܐܠܗܐ ܆

Cæſaris date Cæſari,& Dei Deo. Ideſt vt Latina habet tranſlatio. Quæ ſunt Cæſaris,date Cæſari,& quæ ſunt Dei Deo. Interdū præterea relatiua apud Syros ſine pronominibus ille, is &c. antecedētibus ponuntur,vt poni quoque ſolent apud Latinos.

De particulari quorumdam nominum inter ſe conſtructione.

CAP. III.

Obſeruandū eſt primo,cū nomina ſubſtantiua nulla coniunctione iuncta in oratione adhibētur,alterū illorum in

nominatiuo, vt cum Latinis, ſicut alibi ſæpe, loquamur: in genitiuo alterum ſicut lib. 2. fuſius explicatum eſt, collocari. Secundo, ſæpe ſubſtantiuum nomen quod in genitiuo ponitur, apud Syros, ſicut etiam apud Hebræos pro adiectiuo vſurpari, vt Pſal. iuxta Chald. 105. iuxta Latin. 104. ܡܛܠ ܕܐܬܕܟܪ ܡܠܬܐ ܕܩܘܕܫܗ : Quoniam recordatus eſt verbi ſanctitatis ſuæ, Id eſt, Vt Hebræi, Arabes, Græci, ac Latini habent verbi ſancti ſui. Et ita ab illis frequentiſſime Spiritus ſanctus nominatur ܪܘܚ ܩܘܕܫܐ Spiritus ſanctitatis. Neque vero ſolum hoc, ſed ſimpliciter, ſæpenumero apud Chaldæos abſtractum pro concreto adhiberi, vt apud S. Iacobum Syrum in quodam carmine de pœnitentia. ܒܥܝ ܠܐܒܝܕܘܬܝ ܕܐܗܘܐ ܐܡܪܐ ܓܘ ܡܪܥܝܬܟ .

Quære amiſſionem, ſeu perditionem meã, vt ſim ouis intra paſcuam tuam. Ideſt, me amiſſum, ſeu perditum. Et ſic apud ſcriptores Syros reperies humilitatem pro humili, humanitatem, pro homine, &c. quorum loca breuitati ſtudens de induſtria prętermitto. Multa præterea nomina, quæ apud Latinos ablatiuũ poſtulant, apud Syros Genitiuum admittere, vt ex 2. lib. cap. 14. manifeſtum eſt. Tertio, nomina, quæ a Latinis comparatiua, ac ſuperlatiua vocantur, apud Syros, ſicut etiam apud Hebræos, & Arabes, proprie non eſſe eo modo, quo apud Latinos, & Græcos, nec ſuperlatiuum nomen eſſe diſtinctum a comparatiuo formatione, vel caſu, &c. vt apud Latinos. Syri enim cum rem cõparando attollunt, vel deprimunt, adiectiuis contractis pro cõparatiuo, ſeu (quod idem eſt apud eos) ſuperlatiuo vti conſueſcunt. Et tunc huiuſmodi nomina contracta poſtulant nomen, quod poſt ſe requirunt, cum præpoſitione ܡܢ ideſt, ex, vt epiſ. 1. ad Cor. 15. ܘܟܘܟܒܐ ܡܢ ܟܘܟܒܐ ܡܝܬܪ ܒܫܘܒܚܐ

Et ſtella ſtella præſtantior eſt in gloria. Et Matth. 13.

ܗܝܕܝܢ ܙܕܝܩܐ ܢܢܗܪܘܢ ܡܢ ܫܡܫܐ ܐܘ ܙܠܝܩܐ ܕܫܡܫܐ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܐܒܘܗܘܢ

ܘܪܒܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܝܪ̈ܩܘܢܐ :

Et ipſum (ſcilicet granum ſinapis) minimum eſt omnium ſeminum, cum autem creuerit, maximum eſt omnium olerum. Quarto, nomina, quæ a Latinis appellantur partitiua, & nomina etiam numeralia, eodem modo, quo comparatiuum, nomen poſt ſe exigere, vt. ܟܕ ܚܙܐ ܕܝܢ ܣܓܝ̈ܐܐ ܡܢ ܦܪ̈ܝܫܐ Cum vidiſſet autem multos ex phariſæis, &c. & 1. ad Corint. 15. ܕܐܡܪܝܢ ܐ̱ܢܫ ܡܢܟܘܢ Dicet aliquis ex vobis. Matth. 26. ܚܕ ܡܢܟܘܢ ܡܫܠܡ ܠܝ : Vnus ex vobis tradet me. Et paulo poſt, ܫܪܝܘ ܠܡܐܡܪ ܚܕ ܚܕ ܡܢܗܘܢ Et cœperũt dicere vnus vnus (ideſt, ſinguli) ex illis, & Marci 12. ܩܕܡܝܐ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܦܘ̈ܩܕܢܐ : Primum ex omnibus mandatis. Partitiua tamen, & numeralia ordinis, interdum genitiuum, ideſt nomen cum ܕ admittere poſſunt, vt 1. ad Corin. 15. ܐܢܐ ܐܢܐ ܙܥܘܪܗܘܢ ܕܫܠܝ̈ܚܐ : Ego ſum paruus ipſorum Apoſtolorum, & Marci 12. ܐܝܢܘ ܦܘܩܕܢܐ ܩܕܡܝܐ ܕܟܠܗܘܢ Quodnam eſt mandatum (ſeu præceptum) primum omnium? Quinto, multa nomina verbalia, quæ a verbis videlicet proficiſcuntur, eodem fere modo, quo ſua verba, nomẽ poſt ſe habent, vt Ioan. 19. ܐܠܘܠܐ ܝܗܝܒ ܗܘܐ ܠܟ ܡܢ ܠܥܠ : Niſi data eſſet (ideſt poteſtas) tibi deſuper, & 2. ad Timoth. 4. ܘܡܟܝܠ ܗܘܐ ܢܛܝܪ ܠܝ ܟܠܝܠܐ ܕܙܕܝܩܘܬܐ : Et ex nunc cuſtodita, ſeu ſeruata eſt mihi corona iuſtitiæ: & ſic dicitur verbi gratia, ܛܫܐ ܡܢܝ vel ܛܫܐ ܠܝ abſconditus eſt mihi, ſeu a me.

Mmm 2 Nam

Nam verbum paſſiuum poteſt haberè nomen poſt ſe, vel cum ܡܢ vel cum ܠ, vt ex cap. 2. patebit.

De conſtructione uerborum cum nominibus, quæ in obliquo ueluti patientia poſt ſe admittunt.

CAP. IV.

OBſeruandum eſt primo, verba intranſitiua poſſe habere multa nomina, quæ tamen non ſint fere veluti patiẽtia poſt ſe beneficio alicuius præpoſitionis, quemadmodũ apud Latinos, vt Pſalm. iuxta Syros 24. iuxta Latinos 23.

ܡܢܘ ܢܣܩ ܠܛܘܪܗ ܕܡܪܝܐ ܘܡܢܘ ܢܩܘܡ ܒܛܘܪܗ ܩܕܝܫܐ

Quis aſcendet in montem Domini, & quis ſtabit in monte ſuo ſancto? Interdum tamen quædam illorum iunguntur Datiuo, vt ad Gal. 7. ܐܠܘ ܓܝܪ ܥܕܡܐ ܠܗܫܐ ܠܒܢܝܢܫܐ ܫܦܪ

ܗܘܝܬ ܥܒܕܐ ܠܡܫܝܚܐ ܠܐ ܗܘܐ ܗܘܝܬ܀

Si enim adhuc hominibus placerem, ſeruus Chriſto non eſſem. Nonnumquam etiam cum aliquo patienti coniuncta eſſe repeſriantur. vt Lucæ 22. ܢܥܒܪܢܝ ܟܣܐ ܗܢܐ ideſt, Tranſeat me calix iſte. Quædam vero ſicut aliquando ſunt intranſitiua, aliquando tranſitiua, cuiuſmodi ſunt ܥܒܪ tranſmigrauit, ſeu tranſtulit, ܗܠܟ ambulauit, vel ambulare fecit: Ita aliquando intranſitiuorum, tranſitiuorum aliquando more conſtruuntur. Secundo verba tranſitiua apud Syros, vel accuſatiuum tantum (vt cum Latinis Grammaticis ſicut in 2. libro feci, loquar) vel accuſatiuum cum datiuo, ſeu ablatiuo poſt ſe admittere. Et quidem accuſatiuum interdum admittunt cum littera ܠ. Interdum vero ſine illa: & cùm ſine illa admittunt, cum tunc nominatiuus ab accuſatiuo non diſtinguatur: poteſt eſſe aliqua a-

gens

BIBLIOTECA ... ROM. ...

gens a patiente diſcernendi difficultas; quæ quidem difficultas vt tollatur, quatuor præcipue modi agens a patiente internoſcēdi excogitari poſſunt. Internoſcitur enim agens a patiente, vel ex ipſorum collocatione, quod videlicet agens, ſeu (vt Latini) nominatiuus, ante patiens, ſeu accuſatiuum collocetur, vt ad Galat. 5. ܐܠܐ ܐܢܫ ܥܒܕܗ ܢܗܘܐ ܒܚܐܪ Sed quiſque opus ſuum ſit probans. Vel ex genere, quod ſcilicet verbum cum genere agentis non patientis conſentiat, vt pſalm. iuxta Chaldæos 107. & iuxta Latinos. 106. ܟܠ ܡܐܟܘܠܬܐ ܣܢܝܬ ܢܦܫܗܘܢ Omnem eſum odit anima eorum. Vel ex numero, vt Pſal. iuxta Chaldæos 59. iuxta Lat. 58. ܚܛܗܐ ܕܦܘܡܗܘܢ ܡܠܠܬ ܣܦܘܬܗܘܢ. Peccatum oris eorum, locuta ſunt labia eorum. Vel tandem, & quidem præcipue ex ſenſu ipſo: hoc enim duce, eum haberi poteſt, optime agens a patiente internoſcitur. vt patet tum ex locis adductis, tum ex Ioan. 1. ܐܠܗܐ ܠܐ ܚܙܐ ܐܢܫ ܡܡܬܘܡ. Deum non vidit quis vnquam? Huiuſmodi præterea verba admittunt vti diximus accuſatiuum tantum, & hunc cū littera ܠ vt Matt. 9. ܩܪܐ ܠܬܪܥܣܪ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ Et vocauit duodecim diſcipulos ſuos. Sed hic diligentem ſtudioſum eruditionis ergo admonitum eſſe velim prædictam litterā cum alicui nomini, quod tamquam patiens verbum poſt ſe requirit, adiungitur, præter quam quod dictum nomen eſſe patiens indicat, denotare ſæpenumero, ipſum eſſe quid certum, vel aliquo modo determinatum, ac limitatum, ſicut etiam idem apud Arabes articulus ال præſtat: necnon etiam apud Italos articulus (il) vel (la) Nam aliud ſignificatur apud Syros cum dicitur verbi gratia ܐܟܠܬ ܒܣܪܐ comediſti carnem, vel vt dicūt Itali, *hai magnato carne*, ſine littera ܠ, & articulo: aliud vero cū dici-

dicitur ܐܟܠܬ ܠܒܣܪܐ ideſt, vt Itali dicunt, *hai magnato la carne*, cum prædicta littera, & articulo. Sine dicta enim littera, & articulo ſignificatur, te comediſſe carnem, ſimpliciter, & abſolute ſine vlla determinatione. Cum ipſis vero denotatur, te comediſſe, non quamcumque carnem, ſed illam, quam verbi gratia, vidi, vel tibi dedi, vel quam habebas, vel adiuncta aliqua alia limitatione. Verba porro tranſitiua, interdum habent accuſatiuum cum datiuo, vt Pſalm. 72. iuxta Syros, 71. iuxta Latinos. ܐܠܗܐ ܗܒ ܕܝܢܟ ܠܡܠܟܐ : Deus da iudicium tuum regi. Interdum datiuum & ablatiuum, quamuis accuſatiuus etiã ſubintelligatur, vt Matt. 25. ܗܒܘ ܠܢ ܡܢ ܡܫܚܟܘܢ . Date nobis de oleo veſtro. Interdum datiui caſus eſt ex affixis, ac proinde conſonanti ܠ priuatur, vt Pſal. iuxta Syros 35. & iuxta Latinos 34. ܦܪܥܘܢܝ ܒܝܫܬܐ ܚܠܦ ܛܒܬܐ Retribuerunt mihi malum pro bono. Item interdum huiuſmodi verba præter proprium caſum, maioris certitudinis, vel cõfirmationis, vel elegantiæ cauſa ſortiuntur aliquod pronomen, vel affixum eũdem caſum referens: qui quidem caſus tunc ſiue datiui, ſiue accuſatiui, ſemper fere ܠ habere ſolet, vt Act. 1. ܡܢ ܒܬܪ ܕܦܩܕ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܫܠܝܚܐ . Poſtquam præceperat eis Apoſtolis. Et 1. ad Corin. 5. ܘܬܫܠܡܘܢܝܗܝ ܠܗܢܐ ܠܣܛܢܐ ܠܚܘܒܠܐ ܕܦܓܪܗ . Et tradatis hunc ipſum Satanæ in perditionem corporis ſui. Obſeruandum eſt tertio, verba paſſiua modo ablatiuum, vt loquuntur Latini, cum prępoſitione ܡܢ a, vel ab, modo datiuum habere, vt Ioa. 14. ܗܘ ܕܝܢ ܕܪܚܡ ܠܝ. ܢܬܪܚܡ ܡܢ ܐܒܝ : Ille autem qui diligit me, diligetur a patre meo.

Et Matth. 6. ܕܢܬܚܙܘܢ ܠܒܢܝ̈ܢܫܐ vt videantur hominibus; ideſt, ab hominibus. Quamuis hoc verbum in voce paſſiua, ſicut videor, apud Latinos, datiuum habere conſueſcat, vt Matth. 21. ܡܢܐ ܕܝܢ ܡܬܚܙܐ ܠܟܘܢ quid autem videtur vobis? Quartò nonnulla verba cõſtrui fere vt imperſonalia; nomenq. cũ ܠ eſſe ſolita habere, vt ܐܝܬ ܠܝ eſt mihi, ܡܐܢ ܠܗ ܠܟ tæduit te, ſeu piguit te, vel certe quodam tædio, ac faſtidio pigratus es. ܟܪܝܐ ܠܗ mæſtus eſt, & quædam alia ſimilia apud ſcriptores reperiuntur. Quinto, verba, vt apud Latinos, ſic etiam apud Syros præter proprios caſus, poſſe habere alios. Interdum enim habent datiuum eius perſonæ, in cuius commodum, vel incommodum aliquid fit vt Pſalm. iuxta Syros 110. iuxta Latin. 109. ܬܒ ܠܟ ܡܢ ܝܡܝܢܝ Sede tibi a dextera mea. Interdum nomen temporis modo cum præpoſitione ܒ vt Act. 1. ܒܝܘ̈ܡܝܢ ܐܪ̈ܒܥܝܢ Per dies quadraginta. Lucæ 1. ܒܝܪܚܐ ܕܝܢ ܫܬܐ In menſe autem ſex, ideſt ſexto, modo ſine dicta præpoſitione, vt Ioan. 4. ܘܗܘܐ ܠܘܬܗܘܢ ܬܪܝܢ ܝܘ̈ܡܝܢ Et fuit apud eos duobus diebus. & Magn. Aphræm in carmine de amore ſciẽtiæ.

Trinitas roboret nos
Vt faciamus omni hora voluntatem eius.

ܬܠܝܬܝܘܬܐ ܬܫܪܪܢ
ܕܢܥܒܕ ܟܠܫܥ ܨܒܝܢܗ :

Et hoc vt plurimum, cum per quamdiu interrogationem fieri ſubintelligitur. Interdum recipiunt nomen loci diſtantiam ſignificãs vt Lucæ 24. ܕܦܪܝܩܐ ܡܢ ܐܘܪܫܠܡ ܐܣܛܕܘ̈ܬܐ ܫܬܝܢ Et, ſeu quod (ideſt caſtellum) diſtãs erat a Ieruſalem ſtadia ſexaginta

ginta. Interdum denique admittunt ablatiuos, vt dicunt Latini, cum præpoſitione ܒ ideſt, cum, vel, in, inſtrumentum, modū actionis, exceſſumq. ſignificantes, nec non multa alia nomina ſimpliciter ſine vlla præpoſitione, quorum ſtudioſo ab auctoribus petenda exempla, ne ſim longus relinquo. Sexto, verba, ſicut apud Lat. ita apud Syros poſtulare infinitiuū, vt patet ex exemplis poſitis in l.3.c.4. Illud tamen hic diligenter eſt aduertendum, infinitiuū apud Syros ante ſe accuſatiuū non admittere, ſed ſemper ad nomen verbi præcedentis pertinere. Ex quo fit, vt nō bene dicatur Syriace, volo te legere. ܨܳܒܶܐ ܐ̱ܢܳܐ ܠܳܟ ܠܡܶܩܪܳܐ quia infinitiuus non pertinet ad nominatiuum verbi, qui eſt prima perſona. Dicitur tamen optime ob rationē indicatā, volo ego legere, ܨܳܒܶܐ ܐ̱ܢܳܐ ܠܡܶܩܪܳܐ. tunc itaq. infinitiuus, cum non poſſit conſentire cum nominatiuo verbi pręcedentis, neceſſario ad futurum, & interdum etiam ad præſens, quę Latinorum coniunctiuo tum reſpondebunt, cum littera ܕ tantum, ideſt, vt, vel quod, vel cum ipſa vna cum ܐܰܝܟ ܕ ſeu ܐܰܝܟܰܢܳܐ ܕ quæ ſæpe elegantiæ cauſa adhibentur, reſoluendum eſt, & ita dicitur ܨܳܒܶܐ ܐ̱ܢܳܐ ܕܬܶܩܪܶܐ ܐܰܢ̱ܬ volo vt legas tu, & Matth. 6. ܣܳܒܪܺܝܢ ܓܶܝܪ ܕܰܒܡܰܡܠܠܳܐ ܣܰܓܺܝܐܳܐ ܡܶܫܬܰܡܥܺܝܢ putant enim quod in eloquio multo exaudiuntur. Interdum omittitur ܕ quemadmodum (vt) apud Latinos. vt Matth. 20. ܡܳܢܳܐ ܨܳܒܶܝܢ ܐܢ̱ܬܘܢ ܐܶܥܒܶܕ ܠܟܽܘܢ Quid vultis faciam vobis. Et hæc de ſyntaxi: Cætera enim, quæ dici poſſent, vel ſunt facilia, facileq. vſu, auctorūq. lectione percipi poſſunt, vel certe nihil, aut parū ab ijs, quæ Grammatici aliarum linguarum docent, diſcrepare videntur. Ideo ſicco pede ea mihi breuitatis cauſa pertranſeunda cenſui.

GEOR-

GEORGII AMIRAE SYRI EDENIENSIS E LIBANO.

GRAMMATICAE LINGVAE CHALDAICAE, SIVE SYRIACAE

De arte Metrica, ac Poetica.

LIBER SEXTVS.

De uocalibus, quæ dicuntur eſſe longæ, uel breues.

CAPVT I.

ETſi adhuc ex Grammaticis, qui de condẽdis Syriacis carminibus peregerit, vidimus neminem: tamen ne candidatis huius præſtãtiſſimæ linguæ ſtudioſis in hoc noſtro opuſculo quidquam, quod vtile ſit, atque neceſſarium, deeſſe videatur: nonnihil de illis, dicere oportet. Et quidem antequam ſermonem vllum de ipſis inſtituamus, de ſyllabarum dimenſione agere breuiter par eſſe duximus; de qua tametſi Syris (vt dicemus) in contexendis carminibus admodum non ſit laborandum; quo fit, vt neque præcepta vniuerſalia, regulaſq. certas, atque exactas de ea tradiderint: nihilominus, vt aliqua hinc linguæ perfectio (ſi perfectio tamen dicenda eſt) pateſiat; fiatq. aliqua ſtudioſorum eruditioni acceſſio: nequaquam illam ſilentio prætermittendam exiſtimamus. In primis itaque ſciendum eſt, omnem ſyllabarũ longitudinem, ac breuitatem a vocalium omnino longitudine,

ac breuitate dependere. Quocirca vt quãdo ſyllaba producatur, quando vero corripiatur, cognoſcamus: neceſſe eſt, vt quãdo vocalis longa ſit, quando vero breuis cognoſcamus. Et quidem vocales, quæ poſſunt eſſe longæ, vel breues, ſunt tres duntaxat, vt in 1. lib. c. 12. indicauimus, ſcilicet ◌ܰ, ◌ܶ, ◌ܺ, de quarum ſingulis, quæ traditione quãdã accepimus, breuiter in medium afferemus.

De longitudine, ac breuitate vocalium prædictarum.

CAPVT II.

Obſeruandum eſt primo, ◌ܰ ſi eſt ſupra primam conſonãtem nominum Syriacorum, fere produci, vt ܐܡܐ mater, ܫܢܐ dens, ܒܙܬܐ direptio. Si vero ſupra primam conſonantẽ nominum peregrinorum perſonaliũ corripi, vt ܐܫܥܝܐ Eſaias, ܐܪܡܝܐ Eremias, ܚܙܩܝܐ Ezechias. Secundo ◌ܰ, quo afficiuntur litteræ formatiuæ futuri, & infinitiui, primi, & tertij, & primæ ſpeciei ſecundi generis coniugationum, produci: quo vero afficiuntur earum penultimæ tam in futuro, quam in præſenti, ac præterito, corripi, vt ܢܒܢܐ ædificabit, ܐܫܡܠܐ perficiam, ܡܫܡܠܐ perficit, maſc. gen. ܫܡܠܝܝܢ perfecerũt, fœm. gen. ܐܒܘܙ diripiam, ܒܙܘܙ diripiens, & cæt. Corripitur etiam ◌ܰ, tum quo afficitur prima conſonans primæ perſonæ ſing. num. futuri ſecundæ ſpeciei ſecundi generis, tum etiam quo afficitur penultima eiuſdem primæ perſonę præteriti, & ſecunda præſentis, maſc. gen. num. ſingularis, & litteræ formatiuæ futuri, & infinitiui tertiæ, ac quartæ ſpeciei eiuſdem generis, ac futuri, & infinitiui primæ ſpeciei quinti generis, vt ܐܩܘܡ

ſurgam,

ſurgam, ܣܓܕܬ adoraui, ܦܪܫܬ ſeparaui, ܦܪܫ ſeparat, maſc. gen. ܣܓܕ adorat, ܢܣܓܘܕ adorabit, maſ. gen. ܢܐܟܘܠ comedet, maſc. gen. ܠܡܐܟܠ comedere. ܼ vero, quo afficitur ſecunda littera prædictæ quartæ ſpeciei in præterito, & prima perſonæ primæ & tertiæ ſing. num. fœm. gen. tam quartæ, quam etiam tertiæ eiuſdem temporis, ac generis: nec non prima primæ ſpeciei eiuſdem quidem temporis, ſed quinti generis producitur, vt ܣܓܕ adorauit, maſc. gen. ܣܓܕܬ adorauit, fœm. gen. ܦܪܫܬ ſeparauit, fœm. gen. ܐܟܠ comedit, maſc. gen. ܐܫܕܬ effudiſti, maſc. gener. &c. Tertio ܼ appoſitum alicui conſonanti litteras ܝ & ܐ quieſcentes antecedenti in verbis cuiuſlibet generis coniugationum, & in qualibet alia voce cum affixis, vel ſine affixis, euadere breue, vt ܫܕܝܢ abiiciunt, maſc. gen. ܟܬܒܝܗ̇ libri eius, fœm. gen. ܓܝܪ enim, ܕܝܢ autem, ܓܐܪܐ ſagitta, & cæt. Quarto ܼ, cum producitur, fere ſemper litteram ܝ comitari, vt ܕܝܢܐ iudicium, ܐܝܕܐ manus, ܐܥܠܝܢܝ introduc me, fœm. gen. ܐܣܘܪܝܢܝ liga me, fœm. gen. &c. non tamen quoties eam comitatur, produci, vt patet in his vocibus ܪܝܚܐ odor, ܠܡܦܝܕܐ lampas, in quibus corripitur. Huc ſpectare poſſunt multa nomina peregrina quorum penultima affecta ܼ a Syris producitur, vt ܐܘܢܓܠܝܘܢ

Euangelium, ܐܘܢܓܠܝܘܢ Euchariſtia, ܐܘܟܪܣܛܝܐ Baſilius, ſicut etiam ab ipſis producitur penultima cum qualibet vocali aliorum nominum, quæ apud ſuas gentes eam breuem habere ſolent. Quinto cum corripitur, vel cōmitari litteram ܐ, quæ vt ܘ pronunciari debet; vel aliquam aliam conſonātem ſimplicem, vt in his conſtat vocibus. ܕܐܒܐ lupus, ܠܡܐܢܐ portus, ܢܐܡܪ dicet, ܢܐܠܦ diſcet, ܠܠܝܐ nox, ܬܐܢܐ ficus, ܨܦܝܪܐ hircus, ܟܪܣܛܝܢܐ Chriſtianus, ܦܪܩܠܝܛܐ paraclitus. Et in alijs multis quorum contracta etiam, licet in contractione recipiant ܘ, tamen correptum habent, vt ܐܣܟܡ ab ܐܣܟܡܐ figura, ܡܣܟܢ a ܡܣܟܢܐ egenus, ܐܚܪܝ ab ܐܚܪܢܐ alius, &c. Sexto, modo in nominibus produci, modo vero corripi. Signum autem eius eſt cum producitur, vt diximus lib. 1. cap. 12. punctum infra ܘ ad latus, vt videre eſt in his nominibus, ܚܘܒܐ charitas, ܒܬܘܠܬܐ virgo, ܣܓܘܠܐ botrus, ܥܡܘܕܐ columna, ܚܪܝܢܐ altercatio, ܒܘܪܟܬܐ benedictio. Eius vero ſignum, cum corripitur, eſt itē punctū ipſi ܘ ex parte ſuperiori appoſitum, vt ܫܥܘܬܐ cera, ܢܣܝܘܢܐ tentatio, ܐܡܘܪܐ dicens, ܒܪܘܝܐ creator. Septimo nomina diminutiua, & quæ geminatas habēt litteras, vel quorū ſequitur aliqua littera ex his quatuor gutturalib. ܐ, ܗ, ܚ, ܥ necnō alia quædam nomina ſolita eſſe breue ſortiri, vt ܐܚܘܢܐ fra-

fraterculus, ܐܢܫܘܢܐ homunculus, ܓܢܘܢܐ talamus, ܡܫܬܘܬܐ conuiuiū, nuptiæ, ܫܘܪܒܬܐ natio, genus, ܝܫܘܥ Ieſus, ܝܘܚܢܢ Ioannes, ܬܐܘܡܐ Thomas, & cætera. Item hæc ܟܠ omnis, ܡܛܠ quia, propter, & cęt. Octauo corripi ſolere ܿ, quod comitatur litteram ܘ, cum conſequitur conſonantem ܬ, in ſecunda perſona maſc. gen. num. plur. tam in actiuo, quam paſſiuo, & conſonantem ܟ in affixis omnium, ſiue dura ſit, ſiue mollis: rurſus cum eſt ex affixis tertiæ perſonæ maſc. gen. num. plur. non quidem in verbis, ſed in nominibus, & aliis vocibus, quæ affixa recipiunt. Et ܿ, quod comitatur litteram ܘ cæterorum pronominum; nec non illud, quod ipſam comitatur, cū a verbis ſecundi, & quinti generis coniugationum in futuro, & imperatiuo recipitur, vt ܥܢܝܬܘܢ reſpondiſtis, ܒܢܟܘܢ æ-dificauit vos, ܩܪܝܢܟܘܢ lectio veſtra, ܐܝܬܝܟܘܢ eſtis vos, ܫܘܡܠܠܗܘܢ perfectio eorum, ܟܠܗܘܢ omnes illi, ܗܢܘܢ illi, ܐܢܬܘܢ vos, ܢܒܘܙ diripiet, ܢܐܟܘܠ comedet, & cætera. Excepto tamen illo ܿ quod cum ܘ a ſecunda ſpecie ſecundi generis in dicto tempore, ac modo ſuſcipitur; eſt enim longum, vt ܢܩܘܡ ſurget, ܩܘܡ ſurge. Nono ܿ, quod comitatur littera ܘ in futuro maſcul. gen. num. pluralis, verborum tam actiuorum, quam paſſiuorum primi, & tertij generis coniugationum, eſſe breue, vt ܢܒܢܘܢ ædificabunt, ܬܐܣܘܢ ſanabis. ܢܬܒܢܘܢ ædificabuntur: reliquorum vero generum eſſe longum, vt ܬܒܘܙܘܢ diripietis, ܢܐܠܦܘܢ diſcent, ܢܫܪܪܘܢ confirma-

firmabunt, ܢܬܕܝܫܘܢ conculcabuntur,&c. Et hæc de vocalium, ac proinde ſyllabarum dimenſione ſatis ſint, cuius cognitio ad facienda carmina fere nihil cōducit, quo fit, vt eius a poetis in carminibus condendis, nulla plane habeatur ratio. Quare ſi alicui faceſſerit negotium, de ea, ſicut etiā ipſi Syri, no laboret.

De carminum generibus, ac modo, quo fiunt.

CAP. III.

ETſi multa, ac varia apud Syros in libris præcipue diuina officia continentibus, reperiuntur carminum genera: tamen, ne in illis enumerandis, ſine neceſſitate tempus conteram, cum ex ijs, quæ dicemus, facile colligi poſſint, duo duntaxat elegi tanquam omnium nobiliſſima, frequentiſſima, maxime neceſſaria, maximeq. digna, de quibus agatur, quibuſq. potiſſimum opera detur. Quorum quidem alterum a ſancto Iacobo: alterum a ſancto Aphræm Syris eloquentiſſimis doctorib. ac fulgentibus totius Orientis luminibus ſunt conſtituta, ſibiq. nomina ſunt ſortita. Prius enim dicitur ܡܫܘܚܬܐ ܝܥܩܘܒܝܬܐ. metrum Iacobiticum. Poſterius vero ܐܦܪܝܡܝܬܐ. Aphræmiticum. Et his nominibus reliqua omnia carmina, quæ ad horū SS. Doctorum imitationem, ijſdem metris cōdita ſunt, in dieſq. conduntur, nuncupari ſolent. Carmen itaque S. Iacobi, ex tribus conſtat pauſis, quarum ſingulæ quatuor ſyllabarum eſſe debēt, vt patet in quodam perelegāti eiuſdem ſancti hymno, qui in Meſſali Maronitarum habetur.

ܚܘܪ ܒܚܛܗ̈ܐ : ܘܚܘܪ ܒܩܘܪܒܢܐ : ܕܥܠܝܗܘܢ .

Reſpice in peccata, & reſpice in ſacrificium, quod pro illis. Sed vt metrum perfectum, abſolutumq. eſſe dicatur, poeticæq. orationis ſenſus, cantuſq. rite perficiatur, duo fere carmina e ſex videlicet pauſis compacta confici, ſcribiq. ſolent, vt ex loco citato ma-

to manifeſtum eſt.

ܚܘܪ ܒܚܛܗܐ܆ ܘܚܘܪ ܒܕܒܚܐ ܕܚܠܦܝܗܘܢ܆

ܕܣܓܝ ܪܒܐ܆ ܕܒܚܐ ܘܢܟܣܐ܆ ܡܢ ܚܘ̈ܒܐ܀

Reſpice in peccata,& reſpice in ſacrificium, quod pro illis;
Quoniam multo maius ſacrificium,& hoſtia debitis.

Prædictæ porro pauſæ eleganter, ac venuſte ſæpenumero ſimiliter deſinere conſueſcunt, vel in vno, eodemq. carmine, vt videre eſt in quodam alio eiuſdem Sācti hymno, qui in Breuiario ſimplici Maronitarum continetur.

ܣܒܪܐ ܕܚܝܐ܆ ܪܣܣ ܡܪܝ ܒܐܦܐ܆ ܕܟܠܗܘܢ ܥܢܝܕܐ܀

ܘܐܩܝܡ ܐܢܘܢ܆ ܡܢ ܝܡܝܢܟ܆ ܡܐ ܕܐܬܐ ܐܢܬ܀

Spes vitæ, aſperge Domine in faciem omnium defunctorum.
Et ſuſcita eos a dextera tua cum venies.

Vel in vtroque, ita, vt prima vnius carminis pauſa primæ alterius pauſæ, ſecunda ſecundæ, tertia demum tertiæ reſpondeat, vt idem S. Doctor in alio hymno eodem libro, habito.

ܟܡܐ ܣܓܝܐܝܢ܆ ܗܠܝܢ ܬܗܪܐ܆ ܕܥܒܕܘܬܐ܀

ܟܡܐ ܩܠܝܠܝܢ܆ ܗܠܝܢ ܪܗܛܐ܆ ܕܒܪܝܘܬܐ܀

Quam multi ſunt, iſti ſtupores, activitatis.
Quam pauci ſunt, iſti curſus creationis.

Vel tertia duntaxat vnius carminis, vt alterius tertia; vel certe omnes vtriuſq; carminis pauſæ: vel denique nulla vllius carminis, vt altera ſimiliter cadit. Verumtamen, quo maior, ac frequentior eſt pauſarum deſinendi ſimilitudo, eo elegantiora, atque venuſtiora habentur carmina. Huiuſmodi autem deſinendi ſimilitudo, vt ex locis citatis colligi poteſt, eſt in carminibus, nūc ſecundum vocales tantum, nunc ſecundum vocales, & litteras, quemadmodum etiam apud Hebræos, Arabes, Italos, & alias gentes accidere ſolet. Carmen deinde S. Magni Aphræm ex ſeptem

ptem ſyllabis,ſeu pedibus conflatur,vt ex eiuſdem Sancti de amore ſcientiæ carmine conſtat. ܐܠܗܐ ܗܒ ܝܘܠܦܢܐ ׃

Deus da doctrinam. Sed vt venuſtus,ac perfectus ſit cantus, orationiſq. abſoluatur ſenſus ,quaterna pangi ſolent , vt ſupra.

Deus da doctrinam	ܐܠܗܐ ܗܒ ܝܘܠܦܢܐ
Ei, qui amat doctrinam	ܠܐܝܢܐ ܕܪܚܡ ܝܘܠܦܢܐ
Et magiſtrũ,qui docet bene	ܘܠܡܠܦܢܐ ܕܡܠܦ ܫܦܝܪ
Fac eũ magnũ in regno tuo.	ܥܒܕܝܗܝ ܪܒܐ ܒܡܠܟܘܬܟ

Quamuis nonnunquam in fine alicuius poematis, vel hymni, vel alicuius alterius carminis, propter materiæ, de qua agitur defectum, vel aliquid aliud,duo collocata repererim, tria verò nunquam. Hæc poſtea carmina, vt paulo ante eodem modo de carminibus S. Iacobi dicebamus,modo omnia quatuor: modo duo duntaxat: modo primum vt tertium: ſecundum vero, vt quartum,vel ſecundum vocales tantum,vel ſecundum vocales,& litteras ſimiliter deſinunt: quorum exempla, cum paſſim apud Magnum Aphræm,& alios poetas reperiantur,ab illiſque facile negotio peti poſſint,prætermittuntur. Huiuſmodi præterea deſinendi ſimilitudo,ſæpenumero, vt verſus magis fluat, & clarior,faciliorq. euadat,remq. melius exprimat,a S. Iacobo, & a Magno Aphræm,quorũ carmina melle dulciora ſunt, & ab alijs poetis non obſeruatur; quamuis cum obſeruari poteſt, contemnenda non ſit; immo quo ipſa maior eſt,atque frequentior, eo verſus melior reddi ſolet,atque elegantior,vt ſupra etiam diximus. Ex dictis colligitur, quam facile ſit Syriaca contexere carmina, Quandoquidem a ſyllabarum,pedumve numero, nõ ab eorum breuitate, vel longitudine dependent. Immo multo facilius,atque expeditius, non ſolum hæc duo carminum genera, ſed quæcunque alia, quæ apud Syros reperiuntur, condere quis poteſt, ſi eorundem canendorum rationem ſciat; qua quidem

dem, ſicut ſcriptis commode his docere non poſſumus: ſic voce quilibet, qui eam teneat, facili negotio, exiguoq. admodum tẽporis ſpatio ſtudioſos edocere poteſt. Quare in his, & aliis ſimilibus, quæ melius voce, quam ſcriptis intelliguntur, ſtudioſos ad Syros conſulendos remittimus: & præſertim ad doctiſſimos, atque ingenioſiſſimos collegij Maronitarũ Romæ alumnos, quorum Chriſtiana hæc lingua, & propria eſt, & patria.

De neceſsitate metrica licentiaque Poetica.
CAPVT IV.

CVM ſæpe Poetæ multa, quæ Grammaticæ legibus repugnare videntur, vſurpent; aduertendum eſt, cur id faciant, ne quis eos, quorum auctoritate, teſtimoniiſque Grammaticæ præcepta confirmari ſolent, errare putet. Sciendũ eſt itaque breuiter, Poetas, non ob aliam cauſam id facere, niſi fere propter metri neceſſitatem. Ipſis enim, cum plerumq. metro ſeruire cogantur, multa concedi, condonarique ſolent, quæ a trito, & vulgari ſermone ſunt remota. Imo interdum multis vocibus nulla conſtricti neceſſitate pro ſuo iure, abutuntur. Ob quam cauſam interdum apud eos vox monoſyllaba fit diſſyllaba, vt accidit in futuro ſecundæ ſpeciei ſecundi generis coniugationum, vt ibi etiam probatum eſt: & in præſenti, ac futuro ſecũdæ ſpeciei quarti generis; dicunt enim Poetæ, exempli cauſa, ܡܫܝܓ lauat, ܢܫܝܓ lauabit cũ ܝ, ſupra litteras ſeruiles. Interdum vero vox diſſyllaba fit monoſyllaba vt S. Iacob Syrus in Carmine de illo Salomonis, Prouerb. 30. Quis continuit ſpiritum in pugillis ſuis?

ܐܬܐ ܠܡܘܠܕܐ : ܒܪܐ ܕܪܒܘܬܐ : ܘܗܘܐ ܡܢܢ .
ܘܠܐ ܐܬܝܕܥ : ܐܘܪܚܗ ܕܚܘܝܐ ܒܦܓܪܢܘܬܗ .

Venit ad natiuitatẽ filius magnitudinis, & factus eſt ex nobis.
Et non fuit cognita via ſerpentis in corporatione eius.

Et in quodam hymno habito in Breuiario ſimplici Maronit.

ܐܙܠ ܝܘܡܐ ܘܐܬܐ ܪܡܫܐ ܕܢܚܘܐ ܠܢ .
ܕܐܙܠ ܚܝܐ ܘܐܬܐ ܡܘܬܐ ܕܡܛܝܒ ܠܢ .

Abijt dies, & venit veſpere, vt oſtendat nobis,
Quod abibit vita, & veniet mors, quæ parata eſt nobis.

Vbi prior ſyllaba verbi ܐܬܐ in prioribus carminibus, & verbi ܐܙܠ in poſterioribus non legitur, ſed omnino occultatur: ac proinde prædicta verba ſe habent, vt monoſyllaba, & vt monoſyllaba, leguntur. Idem quoque fit in pronomine ܐܢܐ etiam cum verbis præponitur, & in quibuſdam aliis vocibus, quæ cum ſint plurium ſyllabarum neceſſitate metri, vel aliqua licentia poetica fiunt pauciorum. Interdum præterea in carmine aliqua ſyllaba ſupereſt: interdum vero deeſt, ſuppleri tamen ſolet per ܡܗܓܝܢܘܬܐ vt ex parte lib. 1. explicatum eſt. Sciēdum porro eſt, cum duæ litteræ ܐ in diuerſis dictionibus ſe inuicem in eodem verſu prçcedunt, ita vt vna ſit in fine præcedētis; altera in principio proxime ſequentis dictionis; priorem interdum in carmine quodammodo a ſequenti abſorberi, coeunteq. cum illa vnam ſyllabā efficere. Quod ſynaloephe a Gram. Lat. cōmuniter dici ſolet, vt S. Iacob in illud Salomonis citatum.

ܒܪܟ ܕܢܐܠܕ : ܒܬܪܥܐ ܐܚܝܕܐ ܠܥܘܠܐ ܡܓܫܡܐ .

Genuflexit, vt pareret in porta clauſa, infantem corporatum.
Idem fit, cum litteram ܐ ſequitur ܗ affectū ܐ; vt idē ibidem.

ܒܬܘܠܬܐ ܘܐܡܐ ܕܝܠܕܬ ܦܐܪܐ ܕܠܐ ܡܢ ܓܒܪܐ
ܘܝܗܒܬ ܚܠܒܐ ܠܥܘܠܐ ܝܠܝܕܐ ܕܠܐ ܙܪܘܥܐ .

Virgo, & mater, quæ peperit fructum, qui non ex viro
Et dedit lac infanti parto ſine ſeminatore.
Sunt & alia, quç quoniam & ſunt facilia, & breues eſſe cogimur ſtudioſo exercitationis cauſa notanda relinquimus.

GEORGII AMIRAE
SYRI EDENIENSIS
E LIBANO.

GRAMMATICAE
LINGVAE CHALDAICAE,
SIVE SYRIACÆ

De interpunctæ orationis ratione.
LIBER SEPTIMVS.

Quænam ſint notæ, ac nomina punctorum.
CAPVT I.

TRANSACTA duobus præcedentibus libris tam ſolutæ; quam ligatæ orationis tractatione: reliquum eſt, vt in hoc vltimo libello, de punctis, quæ in vtriuſque periodorum, inciſorum, ac membrorum fine ponuntur: nec de his modo; ſed, & de quibuſdam ex ijs, quæ varios animi affectus indicant; non nihil breuiter attingamus. Et quamuis res hæc a Grammaticis, vel non tractetur, vel certe non ita clare explicetur: a ſcriptoribus non exacte obſeruetur: & a recentioribus propter difficultatem, eius deſpiciatur cognitio: nos tamen, ne quid omittatur neceſſarium, quod ad Grāmaticam videtur ſpectare; illam ſicco pede pertranſire nolumus. Sciendum eſt itaque primum, etſi multa, ac varia a Syris numerētur puncta: nos tamen de ijs in hoc opuſculo potiſſimum acturos eſſe; quæ, & orationi magis ſunt neceſſaria; & a quibus tamquam a radice reliqua omnia deriuantur. Scien-

dum deinde eſt quatuor eſſe præcipuos punctos, qui ܢܘܩܙܐ ܪܫܢܝܐ quaſi radicales nuncupari ſolent. Primi nota ſunt duo puncti æqualiter in ipſa linea poſiti ſic : vnde appellantur, ܫܘܝܐ id eſt æquales, vel ܙܘܓܐ, id eſt par. Secundi nota ſunt etiam duo puncti, quorum vnus ſit in ipſa linea; alter vero extra, ex parte poſteriori, vel potius inferiori vocum ſuperiaceat ſic ., quo fit, vt .ܬܚܬܝܐ. id eſt, inferior, nuncupetur. Tertij nota ſimiliter ſunt duo puncti, quorum alter ſit in ipſa linea; alter vero extra illam ex parte anteriori, ſeu potius ſuperiori ipſarum vocum ſupereminеat ſic .· & ideo .ܥܠܝܐ. ſcilicet ſuperior nominatur. Quarti denique nota eſt vnus duntaxat punctus directe in ipſa linea poſitus ſic . & ܦܣܘܩܐ idest, ſector vocatur ex officio, quo in oratione fungitur, vt dicemus. Et hæc de notis nominibuſq. punctorum, iam de officio, quo ſinguli in oratione funguntur dicamus.

De officio ſingulorum punctorum præcedentium.

CAP. II.

Antequàm quidquam dicamus, animaduertendum eſt, quidnam ſibi velint hæc duo nomina ܫܘܘܕܝܐ, & ܦܘܪܥܢܐ quorum menſio, ſicut frequens erit, ſic eorum cognitio ad ea, quæ dicemus, & a Grammaticis dicuntur, intelligenda maxime conducit. Itaque ܫܘܘܕܝܐ proprie promiſſionem ſignificat. ܦܘܪܥܢܐ vero retributionem, vel remunerationẽ, Hinc deinde propter quamdam ſimilitudinem transferuntur, & orationi accomodantur. Nam quemadmodum promiſſio eũ, cui fit, expectatione quadam retributionis tenet ſuſpenſum: Ita

oratio, vel ſermo præcedens, quia expectatione alterius conſequentis, quem præcedit, & a quo aliquo modo dependet, animũ legentis tenet ſuſpenſum, illiq. ſenſum perfectum ingenerare non ſolet: communiter a Grammaticis dum de interpunctione agunt, dici ſolet ܡܩܘܕܡܐ & qui hunc conſequitur ܦܘܢܝܐ quo fit etiam, vt ܡܩܘܕܡܐ pro qualibet oratione antecedenti, & ܦܘܢܝܐ pro qualibet conſequenti, ſumi conſueſcant: vt ex exemplis, quæ adducentur, perſpicuum erit. Punctus itaque primus, ideſt, par, collocatur inter membra ܡܩܘܕܡܐ quamuis illum poſtea ſequatur inferior, vt illud Ioan. 15.

ܘܐܠܘ ܥܒܕܐ ܠܐ ܥܒܕܬ ܠܘܬܗܘܢ܆ ܐܝܟ ܕܐܢܫ
ܐܚܪܢ ܠܐ ܥܒܕ܂ ܠܐ ܗܘܬ ܠܗܘܢ ܚܛܝܬܐ܀

Et ſi opera non feciſſem coram illis, quæ quiſpiam alius non fecit; non eſſet illis peccatum. Ponitur autem par poſt vocem ܠܘܬܗܘܢ vt lector reſpirare poſſit. Collocari etiam in fine ſolet paruulorum membrorum, ſeu inciſorum, vt Matth. 19.

ܘܟܠ ܐܢܫ ܕܫܒܩ ܒܬܐ܆ ܐܘ ܐܚܐ܆ ܐܘ ܐܚܘܬܐ܆ ܐܘ
ܐܒܐ܆ ܐܘ ܐܡܐ܆ ܐܘ ܐܢܬܬܐ܆ ܐܘ ܒܢܝܐ܆ ܐܘ ܩܘܪܝܐ
ܡܛܠ ܫܡܝ܂ ܚܕ ܒܡܐܐ ܢܣܒ܂ ܘܚܝܐ ܕܠܥܠܡ ܢܐܪܬ܀

Et omnis homo, qui reliquerit domus, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorẽ, aut filios, aut rura, propter nomen meum; vnum in centum accipiet, & vitam, quæ eſt in ſæculum hæreditabit. Secundus autem, qui dicitur inferior adhibetur in fine ipſius ܡܩܘܕܡܐ, vt ܡܩܘܕܡܐ deſiiſſe, & ܦܘܢܝܐ incæpiſſe cognoſcatur, vt patet tum ex prædictis exẽplis,

plis, tum ex illo Lucæ 12. : ܘܟܕ ܐܬܟܢܫܘ ܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ
ܐܝܟ ܕܢܕܘܫܘܢ ܚܕ ܠܚܕ܆ ܫܪܝ ܝܫܘܥ ܠܡܐܡܪ ܠܬܠܡܝ-
ܕܘܗܝ܀ Cũ congregatæ eſſent cõgregationes (ſeu
turbæ) multæ, ita vt ſe inuicem conculcarent ; cœpit Ieſus dice-
re diſcipulis ſuis. vbi poſt ܠܚܕ collocatur inferior. Interdum
vſurpatur ad ſignificandam interrogationem, vt Ioan. 19.
ܠܡܠܟܟܘܢ ܐܙܩܘܦ܀ Regẽ veſtrũ crucifigã? Tertius præte-
rea ſcilicet ſuperior inter mẽbra ܦܣܘܩܐ præcipue, cũ eſt longũ,
collocatur, vt patet ex loco citato Matth. 19. & ex illo Lucæ 5.
ܘܟܕ ܗܘܐ ܝܫܘܥ ܒܚܕܐ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ܂ ܐܬܐ ܓܒܪܐ ܚܕ
ܕܡܠܐ ܟܠܗ ܓܪܒܐ܂ ܚܙܐ ܠܝܫܘܥ܂ ܘܢܦܠ ܥܠ ܐܦܘܗܝ܂
ܘܒܥܐ ܗܘܐ ܡܢܗ ܘܐܡܪ ܠܗ܀ Et cum eſſet Ieſus in v-
na ex ciuitatibus venit vir quidam ; qui plenus erat totus lepra,
vidit Ieſum, & cecidit ſuper faciem ſuam, & petebat ab eo, & di-
cebat ei. Ponitur autẽ vt lector in legendis membris ܦܣܘܩܐ
poſſit reſpirare ; vnde ibi maxime adhiberi debet, vbi reſpirandi
vrget neceſſitas. Aliquando ponitur per modum interrogatio-
nis, præſertim ſi ſermo, quo interrogatio ſignificatur, ſit longus,
vt Matth. 12. ܡܢܘ ܡܢܟܘܢ ܓܒܪܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܐܡܪܐ ܚܕ܂
ܘܐܢ ܢܦܠ ܒܫܒܬܐ ܠܓܘܡܨܐ܂ ܠܐ ܐܚܕ ܘܡܩܝܡ ܠܗ܀
Quis eſt ex vobis vir, cui eſt ouis vna, & ſi ceciderit in foueam in
die Sabbathi, non tenebit, & ſurgere faciet eam. Quartus demũ
qui ſector dicitur ex eo, quod quaſi ſecet ܦܣܘܩܐ ac definiat,
collo-

collocatur in fine periodi,vt ex præmiſſis conſtat exẽplis. Illud autem hic eſt monendum, vt plurimum in fine membri præcedentis membrum,in cuius fine ponitur ſector ; collocari eſſe ſolitum inferiorem, vt patet ex dictis. Interdum etiam collocari ſuperiorem,vt Marci 9. ܠܝܬ ܓܝܪ ܐ̱ܢܫ ܕܥܒܕ ܚܝ̈ܠܐ ܒܫܡܝ . ܘܡܫܟܚ ܠܥܓܠ ܠܡܐܡܪ ܥܠܝ ܒܝܫܬܐ .

Non eſt enim quiſpiam, qui facit virtutes in nomine meo, & poteſt cito dicere de me,quod eſt malum.

De punctis varios animi affectus ſignificantibus.

CAP. III.

SVnt quidam alij puncti, qui ad varios animi motus in oratione indicandos vſurpantur. Hi autem quos tangendos nobis propoſuimus, vt alios multos in præſentia omittamus,ſunt ſeptem. Primus dicitur ܡܫܐܠܢܐ idest,interrogãs, qui principio vocis interrogantis apponitur, ſic ܐܝܟܐ vbi? Secundus nominatur ܩܪܘܝܐ idest,vocans,qui ſimiliter principio vocis vocantis additur, vt ܬܘ ܠܘܬܝ venite ad me.

Tertius nuncupatur ܡܬܕܡܪܢܐ idest,admirans,cuius ſignum ſecundum quoſdam eſt vnus punctus,ſecundum alios duo voci admiratiuæ ſuperiacentes, vt ܐܝܟܢܐ vel ܐܝܟܢܐ quomodo? Quartus vocatur ܡܫܒܚܢܐ i.laudans, qui ad principiũ nominis eius, quod laudatur,additur,vt illud ܐܝܟ ܓܘܪܝܐ ܕܐܪܝܐ ܝܗܘܕܐ Quaſi catulus Leonis Iuda. Quintus ſimiliter ſe habet qui nominatur ܝܗܒ ܛܘܒܐ idest, dans beatitudinem. differentia

tentia tamen eſt, quod hic ſupra vocem, quæ in principio ſit ſermonis, & qua quis beatitudine afficitur, ponitur, vt ܛܘܒܘܗܝ ܠܡܢ ܕܚܐܪ ܒܡܣܟܢܐ. Beatus qui reſpicit in pauperem. Sextus appellatur ܡܚܘܝܢܐ idest, oſtenſiuus, & pari ratione ſupra vocem, qua res oſtenditur, collocatur, vt ܗܐ ecce, ܗܢܘ hic eſt. Septimus tandem dicitur ܦܩܘܕܐ idest, imperans, vel imperatiuus, apponiturq. etiam principio vocis imperatiuæ, vt ܙܠ abi, ܬܒ ſede, & cæt. Et hæc de punctis, atque adeo de tota hac noſtra Grammatica dicta ſint.

Laus Deo, Beatiſsimæq. Virgini, ac Dei genitrici Mariæ: ſanctiſsimoq. Chriſti militi, ac Martyri Georgio, Angeloq. beatiſsimo cuſtodi meo.

SOCIES. BIBL. SEC. COLL.

Ego Fr. Thomas de Terracina in Sacra Theologia Magiſter, Ord. Prædicatorũ, hanc Georgij Amiræ Edenienſis Grammaticam vidi, & nihil in ea, quod ſit contra fidem, aut bonos mores reperi.

Ego Fr. Ioannes Baptiſt. Leopardus Maronita è Libano, Ordin. Prædicatorum, eamdem vidi, & nihil in ea contra fidem, aut bonos mores inueni.

ROMAE,

In Typographia Linguarum externarum.

Apud Iacobum Lunam. M.D.XCVI.

SVPERIORVM PERMISSV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

6
2-b
9

6
1 E
18

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

6-2.6.9

,73.8,48